octuageſimo ſeptimo. Apud meſſiam ciuitatem dorothę: ſancti Exitii militis: qui cum beato Iulio comprehenſus / ſub pręſide Maximiano / martyrio coronatus eſt. In urbe beneuento: ſci Mercurii martyris. Apud aquilegiam: ſcõrum martyrum Cãtiani: Prothoti: Clemẽtis / & alterius Cantiani. Conſtantinopoli: ſcõrum martyrum Mitii Migetii & Mingini. Item ciuitate barbaria: Sanctorum martyrum Gaiani: Iouiani / & Philippi In lucania: ſcõrum martyrũ Niuiti: Candidi: Cantiani & Cantianillæ: Potieri / Singoni / Artheoni Quintiani / & Theodoli. In ſcythia / Sanctorum martyrum Marchi / & Viti / & Modeſti / & Creſcentiæ. Et alibi aliorum.

xxvii. ix. xix. i. xii. xxii. iiii. xiiii. xxv. vii.
xvi. A b c d e f g h i k
kal. xvii. xxviii. x. xx. ii. xiii. xxiii. v. xv.
ulii l m n o p q r ſ t

F APud antiochiã: ſcõrũ martyrũ Quirici / & Iulittæ matris eius: q curſum martyrii ſui / obtruncatione capitiſ ĩpleuerũt. Quorũ prior poſt dira uerbera / pcuſſus etiã calcẽ cũ aceto & ſinapi ĩ os accepit / Deinde pariter clauis fixi / euulſis oculis / ĩ carcere truſi ſunt. Poſt hęc decaluati & excoriati / ſup carbones in lecto ęreo aſſati: ad ultimũ feris attriti / amputatis linguis / martyrii ſui cur

ſum obtruncatiõe capitis impleuerũt:Cum qui
bus paſſi ſunt quadringenti quinquaginta qua
tuor:Sub Alexãdro impatore/Anno dñi ducen/
teſimo trigeſimo. Tamẽ feſtiuitas eorũ martyrii
idibus iulii agit̃. Apud antiochiam:ſcõrum mar
tyrũ Domeſti:Creſcẽtii & Iulii/cũ aliis quadrin/
gentis militibus. Item ſanctorũ Diogenis & Sa
turnini. In galliis/apud urbẽ uiſontionenſem:
Scõrum martyrũ Ferreoli preſbyteri:& Ferrutio/
nis diaconi/qui a bt̃o Hyreneo lugdunenſi epi
ſcopo & martyre ad prędicandũ uerbũ dei miſſi
ſunt:Deinde ſub Claudio iudice/ad trocleas ex
tenſi:& crudeliter flagellati:deinde in carcere re
cluſi/mane amputatis lĩguis/dei prędicabãt uer
bum/& poſt hæc/tringinta ſubulę utriſq; infixę
ĩ manibus & pedibus & pectore:ad ultimũ gla/
dio feriunt̃. Ciuitate nãnetis:ſci Similiani epi &
cõfeſſoris. Lugduni:Depoſitio ſancti Aureliani/
aureliatenſis epiſcopi & cõfeſſoris. Et alibi alio
rum plurimorum.

xxviii.x.xx. ii.xiii.xxiii. v.xv.xxvi.viii.

xv. A b c d e f g h i k

kal. xviii.xxix.xi.xxi.iii.xiiii.xxiiii.vi.xvi.

iulii l m n o p q r ſ t

G APud beneuentum:Tranſlatio corporis ſcĩ
Bartholomei apoſtoli. Romæ:ſanctorũ martyrũ

ducentorum ſexaginta duorum: qui poſiti ſunt uia ſalaria ueteri/ad cliuium chucumeris. Rauennæ: ſcõrum martyrũ Froni: Candri: Blaſtri: Nicandri: Ahenę: Doroſtori: Iphici: Cantii: Cantiani & Cantianillę. Romę: ſancti Quiriaci. Item romæ/uia ſalaria/ad ſeptem colũnas: Sancti Diogenis. Alexandriæ: ſcõrum martyrum Dioſcoli & Marini. In aquilegia: Sanctarũ martyrum Muſcę: Cirinæ: Valerianæ/ & Marinæ. Ciuitate rothomago: Tranſlatio ſcĩ Romani/archiepiſcopi & cõfeſſoris. Item ſci Vlmari cõfeſſoris/admirandæ ſanctitatis & religionis uiri. Aurelianis: ſancti Adiuti preſbyteri & cõfeſſoris. Item ſancti Badulphi abbatis. Et alibi aliorum.

xxix.xi.xxi.iii.xiiii.xxiiii.vi.xvi.xxvii.ix
xiiii. A b c d e f g h i k
kal. xix.i.xii.xxii.iiii.xv.xxv.vii.xvii
iulii. l m n o p q r ſ t

A ROmæ/uia ardeatina/in cimiterio Damaſi: ſanctorum martyrũ Marci & Marcelliani/fratrũ: q a iudice Fabiano ad ſtipitem ligati/clauos acutos in manibus & pedibus receperunt: Et in hymnis & laudibus perſeuerantes/lanceis per latera eorũ ſunt tranſfixi: ſicq; cũ palma martyrii ad ſyderea regna migrauerunt. Item romę: ſcõrũ Emilię & Felicis. Rauẽnæ: ſcõrum martyrũ Martati:

Criſpini: Fęlicis & Emilii. In alexandria: Sanctæ Marinę uirginis: quę in puerili ętate conſtituta/ clam ſe tonderi fecit: & monaſticam uitam expe tiit: & Marinus ſibi nomē imponens: poſt retru ſionem multis ānis/in omni ſactitate perdurās/ quieuit in domino. Item ſci Authberti/bricaten ſis epiſcopi. In hyſpaniis/ciuitate tomis: ſcōrum martyrū Tyriaci & Pauli: q poſt multa tormēta/ lapidibus obruti/in tali martyrio/aīas deo red/ diderunt. Et alibi.

i .xii.xxii.iiii.xv.xxv.vii.xvii.xxviii. x .
xiii. A b c d e f g h i k
kal. xx. ii .xiii.xxiii. v .xvi.xxvi.viii.xviii.
iulii l m n o p q r ſ t

B M Ediolani: ſcōrum martyrū Ceruaſii & ꝓtha ſii/fratrum: ex quibus primum iuſſit rādiu Aſta ſius comes plūbatis cędi/quouſqꝫ ſpiritum exa lauit. Sequētem uero/primo fuſtibus cæſum: de inde iuſſit capite truncari. Horū ſepulchra ſcūs Ambroſius dnō reuelāte/ repperit/ atqꝫ ita incor rupta eorū corpora īuenit: ac ſi eo die fuiſſent in terempti. Cumqꝫ i urbem introducerētur: quidā diu cecus/feretri tactu/lumē recepit/ multiqꝫ alii infirmi meritis eorū curati ſunt. Apud rauennā: ſci Vrſicini martyris/ q ſub iudice Paulino/poſt nimia tormenta/in cōfeſſione domini īmobilis

permanens/abſciſione capitis martyrium cõple
uit. Romæ: Scõrum martyrum Hypoliti: Hono'
rii: Euoti: Petri: Valeriæ: Marcelli: Vitalis & Vrſi
cini. Item ſãcti Romualdi abbatis et cõfeſſoris/
magnæ ſcitatis uiri. Qui multorum ſeruorũ dei
p annos plurimos pater exiſtens/multis clarus
uirtutibus/ordinis chamalduléſium fundator/
quieuit in pace: Anno ętatis ſuę centeſimo uige
ſimo: Anno dnī milleſimo uigeſimo ſeptimo. Et
alibi aliorum plurimorum.

ii .xiii.xxiii. v .xvi.xxvi.viii.xviii.xxix.xi.
xii. A b c d e f g h i k
kal. xxi.iii.xiiii.xxiiii.vi.xvii.xxvii.ix.xix.
iulii l m n o p q r ſ t

C Apud pontianas inſulas: Sancti Siluerii pri'
mi/papę & martyris. Qui poſt Petrum quinqua
geſimus nonus/ſedit annũ unũ: menſes quinq;
& dies undecim. Qui cõſentiente Iuſtiniano im
peratore/a Belliſario patrizio depoſitus/et mo'
nachus factus/in exilio interfectus eſt. Romæ:
ſancti Nouati/fratris ſancti Thymotei preſbyte
ri: qui ab apoſtolis in fide eruditi ſunt. Horum
ſorores fuerũt Potentiana & Praxedis/ſacræ uir
gines chriſti. Ciuitate tomis/Sanctorum marty
rum Paulini: Cypriani: Fęlicis/et Fęlicianæ/cum
aliis pluribus. Item ſancti Iohanis/abbatis et

heremitę ſipontinę dioceſis/in apulię partibus: primi abbatis & fundatoris ordinis pulſanẽſis/ magnę ſanctitatis uiri. Et alibi.

iii.xiiii.xxiiii.vi.xvii.xxvii.ix.xix.i.xii
xi.kal. A b c d e f g h i k
iulii xxii.iiii.xv.xxv.vii.xviii.xxviii.x.xx
l m n o p q r ſ t

D ROmę: Sanctę Demetrię uirginis: quæ fuit beati Fauſtini & beatę Daffroſæ filia. Hæc cũ ante impium Iulianum pro fide chriſti introduceretur: in eius confeſſione ſpũm emiſit/ſepultaq; eſt a beato Iohãne preſbytero iuxta matrẽ ſuam et ſororem Viuianam/prope palatium Lutiani. Apud ſiciliam/ſiracuſis: Sanctorũ martyrum Ruphyni & Martię. In aphrica: Sanctorum martyrũ Quiriaci: Apolinaris: Suturnini: Albini: Bellicii: Criſuni: Periei & Primi. In oriente: Sanctorũ Primi & Ianuarię. Item ſcõrum martyrum Hierperidi: Saturninæ: Stergię: Hieriæ: Saturnini/& Quiriaci. In ciuitate cæſarea: Sancti Euſebii/epiſcopi et cõfeſſoris/uiri excellentis ingenii/& hyſtoriographi. In pago mariacenſi: Sancti Leufredii/abbatis & confeſſoris: qui ad confirmationem ſuę eximiæ ſanctitatis/orationibus ſuis/fontem de terra fertur perduxiſſe. Et alibi aliorũ plurimorum ſanctorum.

x.kal. iiii.xv.xxv.vii.xviii.xxviii. x .xx. ii .xiii.
iulii A b c d e f g h i k
xxiii. v .xvi.xxvi.viii.xix.xxix.xi.xxi.
l m n o p q r ſ t

E IN brittania:ſancti Albani martyris:qui tempore Dioclitiani/in uerolanio ciuitate/poſt uerbera & acerba tormenta/cum aliis multis capite plexus eſt. Paſſus eſt etiã cum illo unus de militibus eo ꝙ eum iuſſus ferire noluerit. Quo tpre perſecutio crudelis occeani limbum tranſgreſſa eſt. Ac etiã Aaron et Iulium brittaniæ/cum aliis pluribus uiris ac mulieribus/fęlici cruore damnauit. Apud nolã campanię/Sancti Paulini/epiſcopi & confeſſoris:cuius meminit beatus Gregorius in libro dialogorum. Claruit autem non ſolum eruditione et præclara ſanctitate:ſed etiã potentia aduerſus demones. Item ſci Nicetę/ciuitatis romanię epi & cõfeſſoris. Apud alexãdriã/ i mõte q uocaẽ ararath/Scõrum martyrũ Decem milium crucifixorũ:q paſſi ſunt ꝑ christo Anno dni centeſimo trigeſimo tertio. Apud antiochiã Sanctorũ martyrũ Ganthalicę:Iulianę et Grapi. Item ſanctorũ martyrũ Ruphy & Albini/cũ aliis numero nongentis nonaginta nouem. Et al.

ix.kal. v.xvi.xxvi.viii.xix.xxix.xi.xxi.iii.xiiii.
iulii A b c d e f g h i k

xxiiii.vi.xvii.xxvii.ix.xx. i .xii.xxii.
l m n o p q r ſ t

F Igilia ſancti Iohannis baptiſtę/& precurſo' ris domini. In brittania: Sanctę Edelirudę uirginis/& reginę: cuius corpus/cum annis undecim eēt ſepultum: incorruptum inuentum eſt. In tu' ſcia/ciuitate ſutrina: ſci Fęlicis preſbyteri. Cuius os iuſſit Turtius pręfectus lapide cōtundi: do' nec ſpūm emitteret. Nichomedię: ſcōrum martyrum Aiutici/cū aliis/numero ſeptuagīta tribus. Item ſci Iohānis preſbyteri: quem Iulianus apo' ſtata romę/uia ſalaria/decollari precepit. Et ali.

vi.xvii.xxvii.ix.xx. i .xii.xxii.iiii.xv.
viii. A b c d e f g h i K
kal xxv.vii.xviii.xxviii.x.xxi. ii .xiii.xxiii.
iulii l m n o p q r ſ t

G NAtiuitas ſancti Iohānis baptiſtę/et pręcurſoris domini. In paleſtina epheſyorum: Dormi' tio ſci Iohannis apoſtoli & euangeliſtę. Tamen feſtū eius agit eccleſia.vi.kal.ianuarii. In territorio pariſiacenſi/uico riſtoillo: Scōrum martyrum Agoaldi & Giberti/cum aliis īnumeris/ꝓmiſcui ſexus. Romę: ſanctorum martyrū Feſti & Lucię/cū aliis/numero uigīti duobus. In galliis/apud oppidū uirmadenſi: Inuentio corporis ſci Quintini martyris: q ſub Maximiano imperatore mar

tyrium paſſus eſt/Et poſt annos quinquaginta quinq; inuentũ eſt/reuelãte angelo. Tamẽ feſtũ eius martyrii agit̃ pridie kal.nouembris. Augu ſtuduni:ſci Simplicii/epi & cõfeſſoris.Et alibi.

vii.xviii.xxviii. x .xxi. ii .xiii.xxiii. v .xvi.

vii. A b c d e f g h i k

kal. xxvi.viii.xix.xxix.xi.xxii.iii.xiiii.xxiiii.

iulii l m n o p q r ſ t

A N Atale ſcõrum martyrũ Gaudentii:Fęlicis/ & Agapiti.In theſſalonica:ſcõrum martyrũ Biga rii:Laterani/& Agragę regis.In galliis:ſãcti Loi/ epi & cõfeſſoris/Et tranſlatio ſci Elygii epi & cõ feſſoris.Item ſci Amandi/epi & cõfeſſoris.Apud alexandriã:ſci Gallicani martyris:qui cũ trium/ phalibus inſulis ſublimatus/acceptus eẽt & ca rus Cõſtantino auguſto:per ipſius filiam/nomi ne Conſtantiam/ad chriſti martyres Iohannẽ & Paulũ/ad chriſti fidẽ cõuerſus ẽ. Huius ſacrę opi nionis fama diuulgata eſt p totũ orbẽ:ita ut ab oriẽte & occidẽte ueniẽtes/uiderẽt uirum ex pa tritio & cõſule:q erat amiciſſimus Auguſtorum/ lauantẽ pedes paupum:ponentẽ menſam:aquã manibus effundentem:languẽtibus ſolicite mi niſtrantem:& cętera exhibentem ſanctæ ſeruitu tis officia. Hic primus in hoſtienſi urbe extruxit eccleſiam:& ditauit officia clericorũ. Huic ſe ſan

ctus Larētius reuelauit/adhortās eum:ut ī eius nomine/eccleſiam in porta fabricaret:quę uſque hodie laurētia nuncupať. Ipſe uero poſtea/cum cogeretur ſacrificare/& contemneret:pcuſſus gla dio in corpore/ſub Iuliano tyranno/chriſti mar' tyr eſt factus. Apud regium ciuitatē:Sancti Pro ſperi/epiſcopi & confeſſoris/uiri doctrina uitaq; clariſſimi. Item ſci Soſipatris/diſcipuli ſācti Pau li apoſtoli. Romæ:ſanctę Lucię uirginis & mar' tyris/cum aliis uiginti duobus. Et alibi.

viii. xix. xxix. xi. xxii. iii. xiiii. xxiiii. vi.

vi. kal. A b c d e f g h i

iulii xvii. xxvii. ix. xx. i. xii. xxiii. iiii. xv. xxv.

k l m n o p q r ſ t

B ROmę:ſcōrum martyrū Iohānis & Pauli/fra trum. Quorum primus præpoſitus:ſecūdus pri micerius Conſtantiæ/filię Cōſtantini/fuit: Et po ſtea martyrii palmma p diuerſa ſupplicia adepti ſunt: Anno dnī trecēteſimo ſexageſimo quarto. Apud tudertum:ſancti Iulii epī:qui ſub Stillico ne proconſule/pro chriſti nomīe/magno lapide percuſſus/martyrium compleuit. In pago picta' uenſi:ſancti Maxentii preſbyteri & confeſſoris. Item ſanctæ Perſeuerandæ uirginis. Romæ:ſan' cti Deodati/papæ & confeſſoris:qui natione ro manus/ſedit annos quattuor/menſes duos/&

dies quinq;:poſt Petrũ ſeptuageſimus octauus.
Sepultus ẽ in eccleſia ſcĩ Petri/in uaticano. Et al.

v.kal ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.xxv.vii.xviii.
iulii A b c d e f g h i k
xxviii. x .xxi. ii .xiii.xxiiii. v .xvi.xxvi.
l m n o p q r ſ t

C Apud galatã:ſcĩ Creſcẽtis/diſcipuli ſcĩ Pauli apoſtoli:q in gallias tranſitũ faciens/uerbo prædicationis multos ad fidẽ chriſti cõuertit. Dein de rediẽs ad gentẽ:cui ſpetialiter fuerat epũs datus:galatas ſemp ĩ omni bono ope dnĩ cõfortauit:& ad btũm finẽ uitę ſuę deuenit:& ſic ĩ dnõ quieuit. Apud tyburtinã ciuitatẽ italiæ:Sanctæ Simphoroſę Getulii martyris uxoris/cũ ſeptem filiis .ſ. Creſcẽte: Iuliano:Nemeſio: Primitiuo:Iuſtino:Stacteo/& Eugenio/cũ quibus paſſa ẽ ſub Adriano principe:Qui ipſam Simphoroſam palmis cędi iuſſit:deinde crinibus ſuſpendi. Sed cũ ſuperari nullatenus poſſet:eam iuſſit/alligato ſaxo/i fluuiũ precipitari/mane uero ſequẽti iuſſit ſeptẽ ſtipites figi:ibiq; eius filios ad trocleas extendi:Et Creſcentẽ in gutture tranſfigi : Iulianũ in pectore:Nemeſium ĩ corde:Primitiuũ p umbilicum:Iuſtinũ diſtenſum ſcindi per ſingulos corporis nodos atque iuncturas :Stacteum lanceis innumeris/donec moreret̃/in terra cõfigi:Euge/

nium ſcindi a pectore uſq; ad partes inferioris.
Altera autē die Adrianus precepit eorum corpora ſimul afferri: atq; in altam foueam proiici: Cui loco ſacrorum pōtifices nomen impoſuerūt/ad Septem biothanatos: Quorū tamē feſtiuitas celebrať.xv.kal.auguſti. Cordubæ: Natale ſci Zoelis/et aliorū decē nouem! Cuius corpus/cū longo tpre ubi iam ſepultū fuerat/latuiſſet/uenerabili epiſcopo eiuſdem loci/nomine Agapito/ex diuina reuelatione reuelatū eſt. In ungaria/ciuitate uaradienſi! Sancti Ladſilai regis & confeſſoris! qui clariſſimis miraculis uſq; in hodiernum diem coruſcat. Item ī inſula hera: Tranſlatio ſancti Florentii/epiſcopi & cōfeſſoris. Et alibi.

x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvi.viii.xix.
iiii. A b c d e f g h i k
kal: xxix.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxvii.
iulii l m n o p q r ſ t

D Vigilia ſanctorū apoſtolorū Petri & Pauli. Romę: ſancti Leonis ſecundi/papę & cōfeſſoris: Qui anno dni ſexcēteſimo octuageſimo primo ſedit menſes decem! dies decem & ſeptem. Fuit autē poſt Petrū octuageſimus primus. Hic cōſtituit ī miſſa dari pacem inter chriſtianos. Doctor eloquētiſſimus: græca latinaq; lingua eruditus: & erga pauperes non ſolum mentis pietate: ſed

etiã ſtudii labore ſolicitus:& ſepultus eſt romæ in eccleſia ſancti Petri/in uaticano. Apud lugdunum:ſancti Hyrenei epiſcopi:quem conſtat beati Policarpi epi & martyris fuiſſe diſcipulum (ut ſcribit Hieronymus)& apoſtolorũ diſcipulis cõuicinum. Deinde perſecutione Seueri/cum omni fere ciuitatis ſuæ populo/glorioſe martyrio coronatus eſt. Alexandrię:ſcõrum martyrũ Pultarchii:Sereni:Heraclidis:Herois:Potamiene:Marcellæ/et Cathecumine: Inter quos precipue emicuit Potamiene uirgo/quę primo imenſos & innumeros agones ꝓ uirginitate ſuperãs:deinde pro martyrio exquiſita & inaudita tormẽta perpeſſa:ad ultimũ cum uenerabili matre Marcella ignis cõſumpta ſuppliciis/de terris migrauit ad xpũm. Item ſancti Caſſiani/epi tudertini/& martyris:cuius corpus ibi requieſcit ĩ eccleſia ſancti Fortunati. Et alibi aliorum.

xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxvii.ix.xx.
iii.kal. A b c d e f g h i k
iunii i.xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxviii.
l m n o p q r ſ t

E Omæ:Natale ſcõrum apoſtolorum Petri & Pauli:qui paſſi ſunt ſub Nerone Cęſare Baſſo & Tuſco cõſulibus. Poſt paſſionem domini/anno ſequẽti/btũs Petrus tenuit ſacerdotalẽ cathedrã

in partibus orientis annis quattuor/ ubi primã
celebrauit miſſam/ſolũmodo dicendo Pater no
ſter: Deinde antiochiam uenit/ Anno trigeſimo
octauo natiuitatis chriſti: et ibi ſedit annos ſe/
ptem. Inde uenit Romã: ubi ſedit annis uiginti
quinq;: menſibus ſeptem: & diebus octo. Hic in
ſtituit ante paſcha dñi quadrageſimale ieiuniũ:
Et ante natale dñi/ tres hebdomadas: & quartã
imꝑfectam/ab omni chriſtiano pręcepit ieiuna/
ri. Anno uero uitę ſuę ſeptuageſimo/martyrium
crucis ſuſcepit. Sequẽs uero/ ſcilicet Paulus/ uia
hoſtienſi/ad aquas ſaluias decollatus eſt/ & ĩ ea
dem uia miliario ab urbe tertio/ſepultus ẽ. Item
ſancti Marcelli martyris/ qui apud caſtrũ argen/
tomagum/pro fide chriſti/ una cũ Anaſtaſio mi
litari uiro/capite plexus eſt. In territorio ſenoni
co: Sanctæ Benedictæ uirginis. Apud ciuitatem
uerolanam: Paſſio ſcı̃ Albani martyris/ſub Dio/
clitiano imperatore: Qui paſſus eſt Anno domi
ni ducenteſimo octuageſimo ſeptimo. Tamẽ fe
ſtum eius agit̃. x. kalen. iulii. Et alibi.

xii. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xviii. xxviii. x. xxi
prid. A b c d e f g h i k
kal. ii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix. xxix.
iulii l m n o p q r ſ t

F R Omæ/ Cõmemoratio ſãcti Pauli apoſtoli/

quem cum beato Petro cruci appenſo/cęlum gla dio necatũ excepit. Romę: ſanctæ Lucinę/diſci pulę apoſtolorũ Petri & Pauli. Apud ciuitatem lenonicam: Natale ſci Martialis epi & cõfeſſoris/ cum duobus preſbyteris/Alpiniano & Auſtridi niano: quorum uita miraculorũ ſignis ad modũ ſplẽdoris effulſit. In italia: ſcí Corſici preſbyteri: & ſci Leonis diaconi. In territorio uiuarienſi: Natale ſci Hoſtiani epiſcopi & cõfeſſoris. Et alibi.

	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix.	xxix.	xi.	
kalen	A	b	c	d	e	f	g	h	i	
dis	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.	ix.	xx.	i.
iulii	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t

G Octaua & circuncíſio ſancti Iohannis baptiſtæ. In monte or: Depoſitio Sancti Aaron/ſacerdotis primi. In territorio lugdunenſi: Sancti Domitiani/ abbatis & confeſſoris: qui primus illic uitam heremiticam exercuit: plurimosq; ſibi in dei ſeruitio aggregans: magnis uirtutibus: glorioſisq; miraculis clarus/quieuit in pace. Ciuitate angoliſa: ſancti Eporchii monachi & confeſſoris. In territorio remenſi: ſancti Theodorici preſbyteri & cõfeſſoris. Anſale ĩ monaſterio: Sancti Carileſi preſbyteri. In portu ualẽtiniano: Sancti Saluii cõfeſſoris. Apud rauennas: ſancti Martialis cõfeſſoris/eiuſdem urbis archiepiſcopi. Et al.

xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii

vi.no. A b c d e f g h i k

iulii iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi. ii .

l m n o p q r ſ t

A F Eſtum uiſitatiōis bṫę Marię uirginis: quando (ut preferť) uiſitauit Helyſabeth. Hoc feſtū pie ſtatuit, & ordinauit Vrbanus papa ſextus: ſed & Bonifatius nonus cōfirmauit. Romę, uia aurelia: Sanctorum martyrum Proceſſi, & Martiniani: q a beato Petro apoſtolo baptizati ſunt. Sub Nerone autem oris contuſionem, eculeum, neruos, fuſtes, flammas, ſcorpionesq; ꝑpeſſi: nouiſſime gladio cæſi, martyrio coronati ſunt. Item ſanctorum martyrum trium militum: q cum beato Paulo apoſtolo ꝑ chriſto paſſi ſunt. Item ſanctorum martyrū Ariſtionis: Creſcētiani: Eutitiani: Vrbani: Vitalis: Iuſti: Fęliciſſimi: Fęlicis: Marię & Symphoroſæ: qui omnes in campania glorioſo martyrio coronati ſunt. Turonis: Sanctæ Monegundis uirginis. Item ſancti Vitumii epiſcopi & confeſſoris. Et alibi aliorum plurimorū ſanctorum martyrum.

xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi. ii .xiii.xxiiii

v.no A b c d e f g h i k

nas v .xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.

iulii l m n o p q r ſ t

B Pud ciuitatē edeſſam meſopotamię: Trāſla
tio corporis ſancti Thomę apoſtoli: Nunc uero
eſt in cāpania/in ciuitate ortonenſi: ut legiẽ in re
uelationibus beatę Brigidę de ſuetia. Apud gri
gneocęſaream ponti: Sancti Gregorii epiſcopi &
martyris: qui iurgantibus duobus fratribus/de
quodā ſtagno: facta oratione/aquā lacui ſubdi'
uiſit: & abyſſis diuino nutu reſtituit: & uirētem
campum/germanis cōcordibus dereliquit. Sed
etiā quodam tempore/cum eccleſiæ faciendæ lo
cus nō ſufficeret: mōtem precibus mouit. In lau
docia ſyrię: Sancti Anatholii epiſcopi: qui nō ſo
lum religioſis uiris: ſed etiā phyloſophis/admi
randa ſcripta reliquit. Alexādrię: Sancti Tripho
nis: & aliorum duodecim. Apud ciuitatem con
ſtantinopolitanam: Sanctorum martyrum Eulo
gii: Acchazii: Euſemię & Demetrii. Ciuitate clau
ſina: Scōrum martyrum Hyrenei diaconi: & Mo'
ſtiolę nobilis matronę/ Qui paſſi ſunt ſub Aure
liano principe. Apud Rauennam: Sancti Dati ar
chiepiſcopi & confeſſoris. Et alibi aliorum pluri
morum ſanctorum.

xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.
iiii.no A b c d e f g h i
nas xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.
iulii k l m n o p q r ſ t

C Atale ſcõrum ꝓphetarum Oſeę & Aggei.
n Item tranſlatio ſancti Martini epiſcopi & confeſſoris:& ordinatio ipſius epiſcopatus:& dedicatio ipſius baſilicæ. In aphrica:ſancti Iocundiani martyris/in mare merſi. Apud ſirmium:ſcõrum martyrum Innocentię & Sebaſtiæ cum aliis triginta. In territorio bitturicæ ciuitatis/uico baſtimio:ſci Lauriani epiſcopi & martyris:cuius caput hyſpalini i hyſpaniã deportauerunt. Apud ciuitatem auguſtanam:Sancti Vlderici/eiuſdem urbis epiſcopi & cõfeſſoris/magnę ſanctitatis uiri:cuius corpus in cathedrali eccleſia requieſcit. Honoratur ꝓ febribus. Et alibi.

xvii. xxviii. ix. xx. i. xii. xxiii. iiii. xv. xxvi

iii. no. A b c d e f g h i k

iulii vii. xviii. xxix. x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v.

l m n o p q r ſ t

D APud ſyriam:ſancti Domitii martyris/q uirtutibus ſuis/multa icolis beneficia preſtat. Item romę:Natale ſanctę Zoę/uxoris ſancti Nicoſtrati martyris:quæ dum ad confeſſionem beati Petri apoſtoli a perſecutoribus eẽt arctata:& in cuſtodia duriſſima truſa/deinde per capillos in arbore ſuſpenſa/adhibito ſubtus horribili fumo:in confeſſione domini emiſit ſpũm. Et alibi aliorum plurimorum.

xviii.xxix.x.xxi. ii .xiii.xxiiii. v .xvi.xxvii
prid. A b c d e f g h i k
no. viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.
iulii l m n o p q r ſ t

E OCtaua ſcõrum apoſtolorum Petri & Pauli. Apud iudeã: Scõrum pphetarũ Iſaiæ & Iohelis! Qui Iſaias/ſectus in duas partes/occubuit: ac ſepultus ẽ ſub querchu/rogel/iuxta tranſitũ aquarum. Romę: ingreſſus primus pauli apoſtoli/Anno ſecũdo neronis impii. In tuſcia/feſulis/Paſſio ſancti Romuli/eiuſdem urbis epĩ & martyris: & ſociorũ eius Cariſſimi: Marchitiani: Creſcentii & Dulciſſimi: qui fuerunt diſcipuli beati Petri apoſtoli: & ab eo ad pręedicandũ ad pręedictam ciui/tatem uerbum dei miſſi ſunt. Prædictus aũt ſanctus Romulus/primus a ſãcto Petro cõſecratus epũs pręedictæ urbis/una cum ſociis/ſub Reper/tiano tyranno grauia & horrenda tormẽta ſuſtinentes: & demũ mortem p chriſti nomĩe libẽter paſſi: martyrii coronã adepti ſunt! & ad radices montis: in quo pręedicta ciuitas feſulana ſita eſt: ibidẽ ſepulti ſunt. Romæ! ſcĩ Tranquillini martyris/patris ſcõrum martyrũ Marci/et Marcelliani: qui ad pręedicationẽ ſcĩ Sebaſtiani/credens in xpũm: dum ad bĩi Pauli confeſſionẽ oraret: tentus a paganis: & ab eis lapidatus/martyriũ con

ſumauit. In pago treuerenſi/ſcī Goaris preſbyte
ri & cōfeſſoris: qui refulſit in diuerſis miraculis:
ſepultusq; eſt in ualle trioricha. Et alibi aliorum
plurimorum ſanctorum.

xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.
nonis A b c d e f g h i
iulii xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.
k l m n o p q r ſ t

F Apud alexandriam: Sancti Parthemii marty
ris/uiri apoſtolici: & omni ſapiētia adornati. Ro
mę: ſcōrum martyrum Claudii: Nicoſtrati: Caſto
rii: Victorini & Symphoriani: quos Fabianus iu
dex per decem dies minis & blanditiis cum eis
agens: cū nulla ratione poſſet eos commouere:
iuſſit eos diu torqueri: & deinde ī mare precipi
tes dari. Et alibi aliorum.

xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix
viii. A b c d e f g h i k
idus x.xxi. ii .xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.
iulii l m n o p q r ſ t

G Apud aſiam minorem: ſcōrum Aquilę/& Pri
ſcillę uxoris eius: de quibus in actibus apoſto
lorum ſcribitur. In paleſtina: ſancti Procopii mar
tyris: qui de ſcythopoli ductus cæſaream: ad pri
mam eius reſponſionem/pro conſtantia fidei/ca
pite cęſus eſt. Et alibi aliorum.

xxi. ii .xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.

vii. A b c d e f g h i

idus xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix

iulii k l m n o p q r ſ t

A ROmę/ad guttã iugiter emanantẽ:ſci Zeno nis martyris:& aliorũ militum ducẽtorũ trium. Item bti Cirilli epiſcopi/q flãmis iniectus:cum illęſus euaſiſſet:ac ſtupore miraculi a iudice eẽt dimiſſus:rurſus pro inſtanti & alacri fide/prædicatione facta đ domino noſtro Ieſu chriſto corã toto populo:ab eodem capite plexus eſt. In ciuitate tyro:Sanctarum martyrũ Anatolię/et Audacis:quarũ Anatolia/chriſti uirgo/diuerſis penarum generibuſ uexata:nouiſſime in confeſſione dñi perdurãs/gladio tranſuerberata eſt. Audax quoq; i cuſtodia data/ſine mora/capitali ſententia coronatur. Ciuitate martula:ſancti Brizii epiſcopi & confeſſoris:Qui pro cõfeſſione domini poſtq̃ eſt multa ꝑpeſſus:& ab angelo ſancto/& a beato Petro apoſtolo confortatus/magnas populorũ credentium multitudines omnipotenti deo lucrifaciẽs/quieuit ĩ pace. Apud ægyptum:ſancti Serapionis/epiſcopi et cõfeſſoris. Et alibi aliorum plurimorum.

vi.idus xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.

July A b c d e f g h i k

xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix. x .
l m n o p q r ſ t

B R Omæ:Paſſio ſcõrũ ſeptẽ fratrũ:filiorũ ſan-
ctæ Fęlicitatis: ideſt/ Ianuarii: Fęlicis: Phylippi:
Syluani: Alexandri: Vitalis: & Martialis. Ex qui
bus Ianuarius/tempore Antonini imperatoris/
poſt uerbera uirgarũ:& carceris macerationem/
plumbatis occiſus eſt. Fęlix & Phylippus ſũt fu
ſtibus macerati. Syluanus precipitio interẽptus
eſt. Alexander: Vitalis & Martialis/capitali ſen-
tentia puniti ſunt. In aphrica: Sanctorum marty
rum Ianuarii: Marini: Naboris & Fęlicis/decolla
torum. Romæ/ſanctarum uirginum & martyrũ
Rufinę & Secundę: quæ ſub perſecutiõe Valeria
ni & Galieni/multis tormentis afflictæ/ad ulti-
mum capite illiſo: una gladio: altera cęſa ceruice/
ambę ad dominum migrauerunt. Et alibi.

xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.
v.idus A b c d e f g h i k
iulii xiii.xxiiii. v .xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.
l m n o p q r ſ t

C R Omæ: ſancti Pii/papæ & martyris: q̃ anno
dñi centeſimo ſexageſimo/poſt Petrũ decimus/
ſedit annos undecim/menſes quattuor/& dies
undecim: imperante Antonino auguſto. Hic/an
gelo ſibi ſub habitu paſtoris reuelãte/ſanctũ pa

ſcha die dominico celebrari cõſtituit. Itẽ tranſla-
tio corporis ſancti Benedicti abbatis & cõfeſſo
ris. Et ſácrę Scolaſticæ uirginis:& ſororis eiuſdẽ/
tempore Deodati papę & confeſſoris: Anno do
mini ſexcẽteſimo decimo ſexto. Apud armeniã
minorem/in ciuitate nicopoli: Sanctarum marty
rum Ianuariæ & Pelagię/quæ eculeo ungulis:&
teſtarum fragmentis diebus quattuor cruciatæ/
martyrium impleuerunt. Romę: ſanctorũ marty
rum Stephani & Leontii. In territorio pictauen
ſi: Sancti Albini cõnfeſſoris. In territorio ſenoni
co: ſancti Sidronii martyris. Et alibi.

xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix. xxx. xi. xxii
iiii. idus A b c d e f g h i
iulii iii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. ix. xx. i. xii.
k l m n o p q r ſ t

D MEdiolani: Paſſio ſanctorum martyrum Na
boris/ & Fęlicis/ Qui ſub Maximiano/ab Anoli
no tyrãno duodecim diebus ſine cibo detenti/
deinde in eculęo ſuſpenſi:& ungulis ferreis raſi:
ignibus ad comburẽdum dati: ſed minime lęſi/
deinde ad laudam urbem ducti:& fuſtibus cęſi:
in ultimo capitalẽ ſententiã acceperũt. Apud cy
prum: beati Naſonis/antiqui chriſti diſcipuli. In
aquilegia: ſcí Ermagorę epiſcopi/diſcipuli ſancti
Marci euãgeliſtę/ Qui poſt miracula ſanitatum/

& prædicationis inſtantiã:ac plurimorũ conuer
ſionẽ ad xpi fidẽ:plurima pęnarũ genera exper
tus/ad ultimũ cũ Fortunato archidiacono ſuo/
capitali ſentẽtia puniti/ꝑpetuum meruere trium
phum. Apud antiochiã:ſcõrum martyrũ quadra
ginta ſex:ſicut legiẽ ĩ geſtis ſcõrũ martyrũ Qui'
rici & Iulitrę:q ſub Iuliano cęſare/capitali ſenten
tia ꝑempti ſunt. In tuſcia/ĩ dioceſi feſulana/ĩ ter'
ritorio florẽtino:Tranſitus ſcĩ Iohãnis gualber
ti/abbatis & confeſſoris/primi fundatoris ordi
nis uallis umbroſæ:Anno dnĩ milleſimo ſeptua
geſimo tertio. Tamẽ feſtũ eius celebraẽ. vi. idus
octobris. In cęſarea:ſcĩ Dii. In tuſcia/ĩ ciuitate lu
cana/Natale ſcõrum Paulini/epĩ primi eiuſdem
ciuitatis/& cõfeſſoris:atq; Seueri & Theobaldi:
quorum corpora ſepulta ſunt ĩ eccleſia cathedra
li prędictæ urbis. Et alibi.

	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iiii
iii. idus	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
iulii	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

E Obelis ꝓphetę:q in agro bethron requie
i ſcit. Item Eſdrę ꝓphetæ/q in ciuitate Iero'
ſolima ſepultus eſt. Romę:ſcĩ Anacleti pa
pæ & martyris:q anno domini cẽteſimo primo:
poſt petrũ fuit quartus:Sedit ãnos nouẽ:mẽſes

duos:dies decem. Hic cõſtituit: ut clerici nec co mam/nec barbã nutriãt: & ꝙ preſbyteri cũ ſacriſi cãt: teſtes habeãt: & maxie epi. Cõpoſuit uitã bẽi Petri apoſtoli: & iuxta eum ĩ baſilica ſua/in uati ticano quieſcit: & martyrio coronatus eſt. Apud macedoniã: ſcĩ Syleȩ epi: q cũ eẽt unus ð primis fratribus & apoſtolis/ad eccleſiã gentiũ deſtina tus: gratia dnĩ plenus/prȩdicatiõis officium in' ſtanter cõſumauit: atq; ĩ paſſionibus ſuis xpũm glorificãs: demũ quieuit ĩ pace. In aphrica: ſcõrũ epiſcoporũ & confeſſorũ ſci Eugenii/kartaginen ſis epĩ/fide ac uirtutibus glorioſi: & uniuerſi cle ri eiuſdẽ eccleſiȩ: q cȩde in ediaq; ſunt macerati: fere qngenti/& eo amplius: inter quos plurimi erãt lectores/& infãtuli/gaudẽtes ĩ dnõ: q ꝓcul/ exilio crudeli extruſi ſũt. Erãt aũt ĩter eos nobi' liſſimi/archidiaconus noĩe Salutaris: et Murita ſacerdos/ĩ officio miniſtrorũ. Qui oẽs/tertio cõ feſſores effecti/glorioſo in xpõ ꝑſeuerãtiȩ titulo illuſtrati ſũt. Item ĩ brittania minori: ſcĩ Turiani epĩ & cõfeſſoris/mirȩ ſimplicitatis/& ĩnocẽtiȩ ui ri. Item ſcĩ Artiſi/de antiqs xpĩ diſcipulis. Et al.

	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.
pridie	A	b	c	d	e	f	g	h	i
idus	v.	xvi.	xxvii.	viii.	ix.	xxx.	xi.	xxii.	iii. xiiii
iulii	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ t

F Pud pontum:ſancti Focę epiſcopi & marty ris/in ciuitate ſynopis/Qui ſub Traiano impe' ratore/& prefecto Aphricano/carcerem/uincula/ ferrum/ignem/pro chriſto ſuperans/martyrium conſumauit. Lugduni gallię: Scōrum martyrum Iuſti: Amati & Focati epiſcoporum. Alexādriæ: ſancti Eradii epiſcopi/ob cuius celeberrimā opi nionē memorat ſe aphricanus hiſtoriographus ad eum properaſſe. Item ſancti Bonauenturæ cō feſſoris/ordinis minorum/epī & cardinalis alba nenſis/uitæ/ſanctimonia ac doctrina clariſſimi/ Id quod multa ab eo ſcripta uolumina peręgre' gie demonſtrant. Obiit lugduni/ibiq; ſepultus eſt ī eccleſia fratrum minorum. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum.

	xxvii.	viii.	xix.	xxx.	xi.	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.
idibus	A	b	c	d	e	f	g	h	i
iulii	vi.	xvii.	xxviii.	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iiii. xv.
	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ t

G A Pud Antiochiā: Scōrum martyrū Quirici: & Iulittæ eius matris/q ſub Iuliano cæſare paſſi ſunt. Quorū prior poſt dira uerbera/etiā calcē cū aceto & ſinapi p os accepit. Deinđ pariter clauis fixi: & euulſis oculis/ī carcere truſi ſūt. Deīde de caluati/& excoriati: & ſup carbones ī lecto ęreo aſſati ſunt. Ad ultimū ſerris attriti/& amputatis

linguis/martyrii ſui curſum/obtruncatione capi
tis impleuerunt. Paſſi ſunt cum eis quadringēti
quatuor/ſub Alexādro præſide. Niſibi ciuitate:
ſancti Iacobi epī/magnę uirtutis uiri. Hic fuit ſe
ptimus ex numero confeſſorum/ſub pſecutione
Maximiani: qui ī ſynodo celebrata in Nicea ciui
tate/peruerſitatem Arrii Homouſii oppoſitione
damnauerunt. Romæ: ſcōrum martyrum Eutro
pii: Zoſimæ/et Bonoſæ ſororum. Apud kartagi
nem ſcōrum martyrū Catulini diaconi: Ianuarii:
Florentii: Iuliæ & Iuſtæ: qui poſiti ſunt ī baſilica
Fauſti. Alexandrię: ſanctorum martyrū Philippi
Zenonis: Narciſci: & decē infantiū. Item tranſla
tio ſcōrū martyrū Senatoris: Viatoris: Caſſiodo/
ri & Dominatę/matris eorum. Et alibi.

xxviii. ix. xx. i. xii. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii
xvii. A b c d e f g h i k
kal. xviii. xxix. x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi.
augusti l m n o p q r ſ t

A APud antiochiam ſyriæ: Sancti Euſtachii epi
ſcopi & confeſſoris/ſub Conſtantino principe: q
ob catholicam fidem/intra ianapolim ciuitatem
thracię/pulſus ibidem exilio/in pace requieuit.
In ciuitate hoſtia: ſancti Hylariani monachi: qui
cum noluiſſet ſacrificare/ſub pſecutione Iuliani/
fuſtibus diutiſſime cæſus/martyriū cōſumauit.
Romæ: ſcī Leonis papæ/quinti. Qui poſt Petrū

centeſimus ſextus/ſedit ānos octo:menſes tres:
dies ſex. Hic oēs eccleſias d̄formatas a ſaracenis
honorifice reſtaurauit:& cōtra ſaracenos pugnā
do/edidit orōnem/Deus cuius dextera/btm̄ pe
trum:& cętera. Item beati Franciſci canonizatio
a dnō Gregorio papa celebrata: Anno domini
milleſimo ducēteſimo uigeſimo octauo. Et al.

xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii

xvi. A b c d e f g h i k

kal. au xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.

guſti l m n o p q r ſ t

B Romæ/ī auētino:ſcī Alexii cōfeſſoris:q̄ reli
cta uxore/patre & matre nobili/p mundū pęgre
p xpō paup uiuens/laboribus & abſtinētiis ma
ceratus:deind̄ nutu dei reuerſus ī ppria domo/
tanq̄ paup abiectus/icognitus pmanēs:ibidem
in pace migrauit ad xpūm: Anno dnī trecenteſi
mo nonageſimo octauo: Anno uitæ ſuæ qnqua
geſimo primo. In kartagine:ſcōrum martyrū Spe
rati: Nartalii: Citinii: Boturii/ Fęlicis: Aqlini: Le
tatii: Ianuarii: Generoſæ: Baſię: Donatæ/& Secun
dę/ſub Saturno pręfecto:q̄ poſt primā confeſſio
nē/in carcere miſſi:& ī ligno cōfixi:deind̄ gladio
decollati ſunt. Item ſāctę Marinę uirginis. Et al.

xv. kal. xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.

auguſti A b c d e f g h i

.x.xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.
k l m n o p q r ſ t

C Apud tyburtinã ciuitatẽ italiæ: Sanctæ Sim'phoroſę: beati Getulii uiri ſui/cum ſeptem filiis ſuis/ſcilicet: Creſcente: Iuliano: Neemeſio: Primitiuo: Iuſtino: Stacteo & Eugenio: cum quibus & ipſa paſſa eſt: De quibus ſupra.v.kal.iulii dictũ eſt. Quorum corpora requieſcunt uia tyburtina miliario nono. Apud kartaginẽ: Sanctæ Gaudenes martyris/quæ iuſſu Ruphini procõſulis/ob xpi cõfeſſionẽ/quater diuerſis tpribus eculei extenſione uexata/& ungularũ horrẽda laceratiõe cruciata: ſqualore etiã carceriſ diutiſſime afflicta: nouiſſime gladio cęſa eſt. In ciuitate doroſtoro: ſci Emiliani. Apud ciuitatẽ meteñſium: ſci Arnulphi epi & martyris: q̃ ſanctitate & miraculis illuſtris/heremiticã uitã diligẽs/bt̃o fine quieuit. In tuſcia: ſci Ruphilli archiepi rauẽnẽſis. Itẽ bt̃i Roberti cõfeſſoris ð ſalle/ordinis celeſtinorũ. Et al.

i .xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.
xiiii. A b c d e f g h i k
kal.au xxi. ii .xiii.xxiiii. v .xvi.xxvii.viii.xix.
guſti l m n o p q r ſ t

D Natale ſci Epaphrę: q̃ a bt̃o Paulo apoſtolo coloſcenſibus ordinatus eſt epũs. Clarus uirtu'tibus/ibidem martyrii palmam pro ouibus ſibi cõmẽdatis/uirili agone pcepit. Apud thebaidã:

ſcí patris Arſenii:de quo ĩ uerbis ſeniorũ referẽ: quia ꝑpter redundationẽ lachrymarũ tergendã/ in ſinu uel ĩ manu ſemꝑ ſudarium habuit. In hyſpaniis/ciuitate hyſpali: Paſſio ſanctarũ Iuſtæ & Rufinæ:quę a pręſide Diogeniano cõprehenſæ: primo eculei extenſione/& ungularũ laniatione uexatæ ſunt. Poſtea ĩ carcere ĩ edia:& uariis do/ loribus/tandem iuxta carcerem/Iuſta ſpũm exa lauit. Rufina uero/ceruice cõfracta/ad xpũm in pace quieuit. Et alibi.

	ii .xiii.	xxiiii.	v .xvi.	xxvii.	viii.	xix.	xxx
xiii.	A b	c	d	e	f	g	h i
kal.au	xi. xxii.	iii. xiiii.	xxv.	vi. xvii.	xxviii.	ix.	xx
guſti	k l	m	n	o	p	q	r ſ t

E Apud antiochiã:Paſſio ſãctę Margheritæ uir ginis & martyris/Quæ ſub præfecto Olymbrio poſt ſuſpenſionẽ in eculeo:& crudelem cęſionẽ/ in aqua ſubmerſa/& a chriſto liberata/in ultimo capite cæſa/ martyrio coronata eſt. Paſſi ſũt cum ea quinq; milia uirorum/qui ꝑ nomie chriſti ca pitalem ſententiã acceperũt. Item ſancti Ioſeph: qui cognominatus ẽ iuſtus. Hic ſanctitati deſer uiens:& prędicationis officiũ diligẽter exercẽs: multaſq; ꝑ fide chriſti pſecutiones a iudeis ſuſti nens/uictorioſo fine ĩ iudea quieuit. De quo in ter alias uirtutes ferẽ:ꝙ uenenũ biberit:& nihil

ex hoc triſte ꝑtulerit/ꝓpter fidem chriſti. Apud damaſcum/Scõrum martyrũ Sabini: Maximi: Iu liani: Macrobii: Caſſii & Paulę/cum aliis decem. Cordubæ: ſancti Pauli diaconi/& martyris. Tre ueris: ſanctæ Seuerę uirginis. Apud ſpoletũ: ſan ctorum martyrũ Euticii: Britii: Iohannis: Teudi lii: Iſaach: Laurẽtii: Herculani/& Parietalis. Quo rum Martianus tyrãnus iuſſit capita truncari: & eorum corpora inhumata derelinqui. Sed quæ dam matrona uidua illa condidit ĩ predio ſuo/ in cimiterio pontiano/non longe ab urbe prędi cta: ut habetur ĩ geſtis ſcĩ Pauli epiſcopi & mar tyris. Et alibi aliorum.

	iii.	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.	ix.	xx.	i.	xii.
xii. kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
auguſti	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi	
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

F R Omę: ſanctę Praxedis uirginiſ. Hęc ĩ omni caſtitate & ĩ lege diuina erudita: uigiliis/oratio nibus & ieiuniis aſſidue uacans/quieuit ĩ domi no. Sepultaq; eſt iuxta ſororem ſuã Potentianã/ uia ſalaria. Apud babylloniam: Sancti Danielis ꝓphetę: qui uixit ãnos centum & decem. Sepul tus eſt in ſpelunca regis. In galliis/ciuitate mar ſilia: ſancti Victoris martyris: q cũ eſſet miles: & nęc militare: nec idolis ſacrificare uellet: primo ĩ

carcerē truſus:ibiq; ab angelo uiſitatus/deinde uariis pęnis excruciatuſ:nouiſſime ī mola piſto ria cōtritus/martyriū cōſumauit. Paſſi ſunt cum eo tres milites/Alexander/Fęlicianus & Longi/nus. Trecis:ſanctæ Iuliæ uirginis & martyris Et alibi aliorum.

iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii
xi.kal. A b c d e f g h i k
augusti xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii
l m n o p q r ſ t

G SAnctæ Marię magdalenæ/quę poſt aſcen/ſionem dnī/ex maximo ardore chriſti karitatis/& tedio qđ habebat:nunq̄ uoluit uidere uirū/Et ueniens ad aquenſe territorium/ſeceſſit in de ſertum:ubi ꝑ triginta ānos incognita manſit:& ſepties in die ab angelis in aera eleuabař.In ulti mo/recepta cōmunione a ſcō Maximino preſby tero/manibus eleuatis ī orōne/in pace quieuit. In antyra galacię:ſci Platonis martyris:cuius ge ſta habenť.Item beatæ Synticem:quę filippis ſe pulta ē:de qua Paulus apoſtolus ſcribit.In mo/naſterio fontinella:ſci Vuandregiſilii abbatis & cōfeſſoris.In territorio aruenenſi:ſci Menelai ab batis.Et alibi aliorum.

x.kal. v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii
aug. A b c d e f g h i k

xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.
l m n o p q r ſ t

A Apud rauennam: Paſſio ſancti Apolininaris epí & martyris: q a bt̃o Petro apoſtolo romæ or dinatuſ: ac rauẽnam miſſus epũs: deinde ꝑ fide chriſti diuerſas cędes perpeſſus: tandem ſub Ve ſpaſiano Cæſare/inter ipſa tormenta/glorioſum martyriũ cõſumauit: & ĩ prædicta urbe a chriſtia nis honorifice ſepultus eſt. Romę: ſanctę Primi tiuę. Apud ſuetiam! Sanctæ Brigidę uiduæ! quę opibus pietatis uacãs: uidua ĩ ſumma humilita te uiués: nec nõ in lege diuina erudita: uigiliis/ orõnibus ac ieiuniis/mirifica ſãctitate migrauit ad xpũm/Anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo quar' to: Anno uero dnĩ milleſimo trecẽteſimo ſeptua geſimo ſecundo: tpre Gregorii undecimi. Et al.

vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.
ix.kal. A b c d e f g h i k
augusti xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi. ii .xiii.xxiiii.
l m n o p q r ſ t

B Vigilia ſancti Iacobi apoſtoli. Romæ/uia ty burtina: ſancti Vincentii martyris. In hyſpaniis/ apud hemeritam ciuitatem! Sancti Victoris mili tis! qui cum duobus fratribus/Stertatio & An' thiogeno/diuerſis examinatus ſuppliciis/mar' tyrium cõſumauit. In italia/in urbe tyro! Sanctæ

Chriſtinæ uirginis & martyris: quæ in chriſtum credens: primo ſub duobus iudicibus dira tor-menta cõſtanter perferens: nouiſſime p̱ ſucceſſo-rem eorum/poſt linguæ abſciſionem/et ſagitta-rum confixioñe: ultimo capitis abſciſione/mar-tyrium cõpleuit: Anno dn̄i ducẽteſimo nonage-ſimo/ſub Iuliano imparore. Item ſanctarũ Niceæ & Aquilinæ: quæ dum ad bt̄i Chriſtophori mar-tyris prędicationem ad chriſtum eſſent cõuerſæ: martyrii palmam capitis obtruncatione ſumpſe-runt. In ciuitate amiternia: Sanctorũ martyrũ mi-litum octuaginta trium. Et alibi.

vii. xviii. xxix. x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi
viii. kal. A b c d e f g h i k
augusti xxvii. viii. xix. xxx. xi. xxii. iii. xiiii. xxv.
l m n o p q r ſ t

C NAtale ſancti Iacobi apoſtoli/fratris ſãcti Io-hannis euãgeliſtę: q̱ ab Herode rege decollatus eſt: die uigeſima q̄nta menſis martii: tamẽ hic re-colitur eius paſſio. Huius ſacra oſſa/ab hieroſo-limis ad hyſpanias tranſlata: & ĩ ultimis earum finibus condita ſunt: quę celeberrima illarũ gen-tium ueneratiõe recoluntur. In litia/ciuitate ſal-mon/Paſſio ſancti Chriſtophori martyris/q̱ uir-gis ferreis attritus: & flãmis eſtuatus incendii: chriſti tamen uirtute ſaluatus: ad ultimũ ſagitta

rum ictibus confoſſus/martyriũ capitis obtrun
catione cõpleuit. In hiſpania/ciuitate barchino/
nia: bt̃i Chucufati martyris/q̃ ꝓ noĩe dñi/atro/
ciſſima tormentorũ genera ſub tribus iudicibus
expertus: nouiſſime gladio percuſſus/uictor mi
grauit ad dominum. Apud ciuitatem Pariſius:
Tranſlatio ſãcti Germani epiſcopi & cõfeſſoris.
Romæ/uia appia/in cimiterio Caliſti/Sancti Eu
titiani papæ & martyris: Qui poſt Petrũ uigeſi
mus ſeptimus/ſedit ãnos octo: mẽſes undecim
& dies quatuor: natiõe tuſcus/de ciuitate lunę.
Hic beatiſſimus papa/per diuerſa loca quadrin
gẽtos q̃nquaginta duos martyres manu ꝓpria
ſepeliuit: ut ĩ libris põtificalibus legit̃. Et alibi.

viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii

vii.kal. A b c d e f g h i k

augusti xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.

l m n o p q r ſ t

D Ranſitus beatiſſimæ Annæ/matris glorio/
ſiſſimę uirginis Marię. Item ſcĩ Heraſti: q̃ philip
pis quieuit: & a bt̃o Paulo apoſtolo epũs ibidẽ
ordinatus/martyrio coronatus eſt. Romę/ĩ por
tu: ſcĩ Iacinti martyris: q̃ primo ĩ ignem miſſus:
deinde ĩ ualidiſſimum torrentem precipitatus/
illęſus euaſit: Et poſt hęc a cõſulari Leontio gla
dio percuſſus/uitam finiuit. Romæ/uia latina/

Scõrum martyrũ Theodoli:Olympii/Symphro nii & Euxeperię:q̄ ignibus cõflagrati (ut in geſtis ſcĩ Stephani papæ & martyris legit̃) martyrii palmã adepti ſunt. Item ſcĩ Paſtoris preſbyteri cardinalis/& cõfeſſoris. Et alibi.

	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xxviii.
vi. kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
aug.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvii.	
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

E Nichomedię:ſancti Pantaleonis martyris:q̄ a Maximiano deprehenſus ꝑ fide chriſti:eculei pena/& lampadum exuſtiõe cruciatus:ſed inter hęc/ſibi dnõ apparẽte/refrigeratus:tandem ictu gladii/martyriũ conſumauit. Item nichomedię: ſcĩ Hermolai preſbyteri & martyris:cuius doctrina bt̃s Pantaleon ad fidẽ chriſti cõuerſus eſt/& illuſtri martyrio coronatus. Qui tentus a Maximiano prædicto una cũ Hermẽrio & Hermogra to:poſt multas pęnas ſibi illatas/ob cõfeſſionẽ xpĩ/capitali ſentẽtia punitus eſt. Antiſiodori:ſcĩ Heterei epĩ. In ſicilia:beati Symeonis monachi. Apud epheſum:ſcõrum martyrũ ſeptẽ dormientium/ſcilicet:Maximiani:Malchi:Martiani:Dionyſii:Iohãnis/Serapionis & Cõſtãtini:quorũ geſta habent̃:& paſſi ſunt ſub Decio impatore/Anno dnĩ ducẽteſimo q̃nquageſimo ſecũdo:q̄ ſur'

rexerũt Anno dnĩ quadringenteſimo quadrage ſimo octauo: tpre Theodoſii impatoris. Et al.

x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix

v. kal. A b c d e f g h i k

aug. xxx. xi. xxii. iii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii.

l m n o p q r ſ t

F APud mediolanũ: Scõrum martyrũ Nazarii: & Celſi pueri: quem Anolinus ſub rabie perſecutionis: quę p Neronẽ excitata eſt / diu maceratũ / afflictũ ĩ carcere: & cũ eo beatiſſimũ Celſum: quẽ ipſe idẽ nutrierat / gladio feriri iuſſit / Anno dnĩ qnquageſimo ſeptimo. Quorũ corpora btĩs Ambroſius / dnõ reuelãte / inuenit. In britania minori / ĩ dolo monaſterio: ſcĩ Sanſonis epĩ & confeſſoris. Lugduni: ſcĩ Perregrini epĩ: cuius btitudinẽ miraculorũ gloria teſtaĩ. Romæ: ſcĩ Victoris primi / papę & martyris: q poſt Petrũ decimus quartus / ſedit ãnos decẽ: mẽſes duos: dies decẽ. Hic cõciliũ habuit ĩ alexãdria paleſtinæ: ĩ quo firmatum fuit ſcũm paſcha celebrari debere die dominico / a luna. xiiii. martii / uſq ad lunã. xxii. aprilis: Multi enim epiſcopi aſię & oriẽtis cũ iudeis paſcha celebrabãt. Etiam cõſtituit poſſe baptizari mari / flumine / ac fõte / in neceſſitate. Iacet romę apud ſcũm petrum: Anno dnĩ ducenteſimo. Romæ: ſcĩ Innocẽtii primi / papę & martyris: q poſt

Petrũ quadrageſimus primus/ſedit ãnos quin/
decim/mẽſes duos:dies uiginti. Hic cõſtituit ĩ
ſabbato ieiuniũ celebrari:qa ĩ ſabbato dnũs in
ſepulchro iacuit:& diſcipuli ieiunauerũt etiam.
Ipſe etiam decreuit ĩ miſſa pacis obſculum dari.
Etiam cõſtituit/oleo ab epiſcopo conſecrato/nõ
tantũ preſbyteros:ſed etiã oẽs alios chriſtianos
infirmos:& ĩ extremis laborãtes/inungi. Et al.

xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xxvii.xxviii.ix.xx

iiii. A b c d e f g h i k

kal. i.xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.

aug. l m n o p q r ſ t

G R Omę/uia aurelia:ſancti Fęlicis ſecundi/pa
pæ & martyris. Qui poſt Petrũ trigeſimus ſepti
mus/ſedit annũ unum:menſes tres:dies duos.
Hic a Cõſtãtino/ob catholicę fidei defenſionẽ/a
ſede ſua deiectus:& gladio necatus/glorioſe oc
cubuit. Romę/uia portuenſi:Scõrum martyrum
Simplicii/Fauſtini:et Beatricis:tpre Diocliriani
imperatoris:quorum duo/poſt multa ac diuerſa
ſupplicia/iuſſi ſunt capitalem ſubire ſentẽtiam.
Beatrix uero ſoror eorũ in carcere prefocata eſt.
In galliis/apud terraſconẽ: Tranſitus ſãctæ Mar
thæ hoſpitę chriſti/ſororis Marię magdalenæ &
Lazari martyris/quorũ uenerabilẽ memoriã/ex
tructa eccleſia/nõ longe a bethania:ubi e uicino

domus eorum fuit:cõſeruat. Item beatæ Marcil
lę/famulę beatę Marthę:Quę poſt eius mortem
in ſclauoniã pergẽs : & ibi euangeliũ chriſti præ
dicans:poſt decimũ annũ a dormitiõe Marthę/
in pace quieuit.Ciuitate trecis:Sancti Lupi con
feſſoris.Hic cũ bt̃o Germano uenit in brittaniã:
& q̃nquaginta duos ãnos uenerabiliter ſacerdo
tio functus eſt.Et alibi.

	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.
iii.kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i
aug.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix. f.
	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ t

A R Omę:ſcõrum martyrum Abdon & Senen/
ſubregulorũ:q cũ i corduba ciuitate perſarũ/uin
cula paterenť a Decio:ad ultimum duxit eos ro
mam:ibiq; gladio interfecti ſunt:Quorũ corpo
ra tranſlata ſunt tpre ſcí Damaſi papę p ſanctiſſi
mũ Zenobiũ epũm florẽtinũ in urbẽ florentiã:
& poſita ſunt i eccleſia cathedrali ſanctæ Mariæ
del fiore.Apud aphricam/in urbe lucanaria:San
ctarum uirginũ & martyrũ Maximę:Donatillę:
& Secũdę:quę ſub Galieno tyrãno/aceto & felle
primum potatę:deinde pęnis accerrimis cęſę:&
eculei extenſiõe cruciatæ:deinde craticulis exu/
ſtę:necnon & ad beſtias p̃iectæ:ſed ab his inta/
ctę/nouiſſime gladio iugulatæ ſunt. Antiſiodo

ri:Sancti Viſi epī & cōfeſſoris.Et alibi aliorum.

xiii.xxiiii. v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.

pridie A b c d e f g h i

kal. xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. ii.

aug. k l m n o p q r ſ t

B Apud ceſaream:ſancti Fabiani martyris:qui cum ferre uexilla preſidalia recuſaret:primū per dies aliquot in carcerem truſus:deinde interrogatus ſemel & iterum:cum in chriſti confeſſione perduraret:mox a iudice capitali ſententia damnatur. Rauēnę:Sancti Germani/antiſiodorenſis epiſcopi/& cōfeſſoris:genere/fide/doctrina:atq; miraculorū gloria clariſſimi. In ciuitate ſinoda: Sanctorum martyrū Domicritii:Secundi & Dionyſii. Romæ/uia latina:ſancti Tertullini martyris/in cripta harenaria:ſicut legitur in geſtis ſancti Stephani papæ & martyris.Et alibi aliorum.

xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. i.xii.xxiii.

kalen A b c d e f g h i k

dis iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.iii.

aug. l m n o p q r ſ t

C Omæ:Feſtum ſcī Petri apoſtoli:quod ad

t uincula dicitur:Quadruplici de cauſa inſtitutum fuiſſe putatur/ſcilicet:In memoriam liberationis Petri.In memoriā liberationis Alexandri.Pro deſtruendo ritu gentiliū:Et pro

impetranda abſolutione ſpiritualiũ uinculorũ. Item ſcõrum martyrũ machabeorũ/una cũ matre reuerẽda/& Eleazaro ſacerdote:q ꝓ obſeruatiõe legis:cũ carnes porcinas nollẽt cõmedere:inaudita ſuppliciorũ genera ꝑtulerũt:ut ĩ libro Machabeorũ pleniuſ continetˀ. In italia/uercellis:ſcĩ Euſebii epĩ & martyris:Qui ob cõfeſſionẽ fidei a Cõſtãtio heretico/ſcytopolim:deinde capadociam relegatus/deinde ad eccleſiam ſuã ire per/miſſus/nouiſſime pſequentibus arrianis/martyrium paſſus eſt:circa annos dnĩ trecẽtos qnquaginta:& ĩ eccleſia/quam ipſe conſtruxerat/ſepultus eſt. Romę:Paſſio ſcãrum uirginũ & martyrũ Fidei:Spei & Charitatis/& matris earũ/Sapiẽtię: quę ſub Adriano prĩcipe/martyrii coronam adeptæ ſunt. Romæ/uia latina:Scõrum martyrũ Boni preſbyteri/Fauſti/Mauri:Primitiui/Calũnioſi:Iohannis:Exuperantii:Quirilli & Honorati: Qui oẽs in ſcĩ Stephani papæ actis deſcribunť. In hiſpaniis/ciuitate gerunta:ſãcti Fęlicis martyris:quẽ iuſſit Datianus iudex/poſt illata tormẽtorum genera/uinculis detrahi:ac deinde uſque ad oſſa laniari:& tam diu uulnera uulneribus inſtaurari:uſque dum inuictũ ſpũm xpõ reddidit. In italia:ſanctę Iuſtę uirginis. In arabia/in urbe phyladelfia:ſcõrum martyrũ Cirilli:Aqlę:Petri:

Domitiani: Ruphi: & Euandri/ una die corona/torum. Item ſcī Ruphiniani epī & cōfeſſoris/diſcipuli ſancti Petri apoſtoli. In territorio pariſiaceſi: ſcī Iuſtini martyris. In pago liſſinino: ſācti Nehemenſi cōfeſſoris. Et alibi.

xv. xxvi. vii. xviii. xxix. x. xxi. ii. xiii.
iiii. A b c d e f g h i
nonas xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix. i. xi. xxii. iiii
aug. k l m n o p q r ſ t

D ROmę/in cimiterio Caliſti/uia appia: ſancti Stephani papę & martyris. Qui poſt Petrū uigeſimus tertius/ſedit annos quatuor: menſes ſex: & dies quindecim. Hic inſtituit ſacerdotes & leuitas nō uti ſacerdotalibus indumētis ad uſus cōmunes: Qui perſecutione Valeriani principis martyrio coronatus ē: Et ante altare ſtans: ac iugiter ſolēnia incepta pficiens/in ꝓpria ſua decollatus ē ſede. In ꝓuincia bitthynię/in urbe nicea: Sanctę Theodorę cū tribus filiis ſuis: Ex qbus primogenitū/noīe Euodium/xpūm fideliter cōfitentem/fecit primo cōſularis bitthynię prędictę fuſtibus cędi: deinđ ipſam cū omnibus filiis ſuis igne micti/& cōſumi. Romæ: ſcī Seuerini papæ & cōfeſſoris! Qui poſt Petrū ſeptuageſimus ſecundus/ſedit annū unum. Hic fuit benignus/largus/& amator pauperū. Huius tꝑibus chri/

ſtianiſſimus impator Eraclius/deſtructo coſroe/
crucem dñi hieroſolimam reportauit. Et alibi.
xvi.xxvii.viii.xix. i .xi.xxii.iii.xiiii.xxv.
iii.no. A b c d e f g h i k
aug. vi.xvii.xxviii.ix.xx. ii .xii.xxiii. v .
l m n o p q r ſ t
octobr. xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxviii.
l m n o p q r ſ t

A Conceptio ſci Iohãnis baptiſtę. In territorio eduę ciuitatis/caſtro ſedeloco: ſci Andochii preſbyteri: Tirſi diaconi/& Fęlicis: Qui a beato Polycarpo epiſcopo/ab oriẽte directi ad docendum i galliam/ſub Aureliano pricipe glorioſiſſime coronati ſunt. Auernis: ſci Ruſtici epi. In donigaria: ſci Gerardi epiſcopi/& martyris. In finibus germaniæ: Paſſio ſcõrum martyrum: q tpre Miximiani imparoris (ut habet̃ in geſtis ſancti Domnini) paſſi ſunt pro chriſto. Et alibi.

x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix
vii.kal. A b c d e f g h i k
octobr. xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxix.
l m n o p q r ſ t

B Atale ſancti Cleophæ/quẽ tradunt apud caſtellũ emaus in eadem domo:in qua menſam domino preparauerat:pro cõfeſſione illius/a iudęis occiſum:& glorioſa memoria ſepultum. In ciuitate ambianenſium:Sancti Firmini epiſcopi & martyris/Qui ſub præſide Ritiouarcho/poſt uaria tormẽta/decollatiõe capitis martyrium cõſumpſit. Apud lugdunum:ſancti Lupi epi/& cõfeſſoris/ex anachoritica uita:Item ſci Herculani militis:ut in paſſione ſci Alexandri papæ legit̃. Item ſci Sollemnis epiſcopi. Et alibi

xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx

vi.kal. A b c d e f g h i k

octubr. i.xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxx.

l m n o p q r ſ t

C APud antiochiam:ſcõrum martyrũ Cypriani epi:& Iuſtinę uirginis:Quorum Iuſtina multa ꝓpter deum ꝑpeſſa ſupplicia: Ipſum quoque Cyprianum:cum eẽt magus/& magicis artibus eam tormẽtare conaret̃: cõuertit ad chriſtũ/cum quo poſtea iam ſeruo domini/epiſcopoq; & doctore nobili facto/martyriũ ſumpſit: Anno domini ducẽteſimo octuageſimo ſeptimo. Horum corpora a chriſtianis poſtmodum Romam delata ſunt. Ciuitate albano:ſci Senatoris. Romę:ſci Euſebii epiſcopi/& cõfeſſoris. Et alibi.

xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.
v.kal. A b c d e f g h i
octobr. xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix. i.
k l m n o p q r ſ t

D Apud ciuitatẽ egeam:Paſſio ſcõrum martyrum Coſmę/& Damiani:Qui ſub ꝑſecutiõe Dioclitiani/poſt multa tormẽta:uincula/& carceres in mare demerſi/& diuina uirtute inde educti/demum igni copioſo impoſiti:ſed refrigiſcente igne illęſi:cum ſuperioribus tormẽtis inſiſterẽt:paratis crucibus/ꝓcõſul impius Lyſius iuſſit urgeri:Inde ſagittis aggredi:tandem gladio capita eorũ abſcindi pręcepit:Anno domini ducenteſimo octuageſimo ſeptimo.Referuntur etiam in eorum collegio paſſi tres eorũ fratres germani/ſcilicet:Anthymus:Leontius/& Euprepius. Item Sanctorum martyrum fratrum Andulfi/& Iohannis:q apud ciuitatem cordubam/pro chriſto coronati ſunt.Caſtro ſedeuno:Sancti Florentii:qui cum beato Hylario/poſt abſciſionem linguę/iuſſus eſt gladio finiri.Apud rauẽnas:Sancti Aderiti archiepiſcopi/et confeſſoris. Et alibi

iiii.kal. xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.
octob. A b c d e f g h i
xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.ii.
k l m n o p q r ſ t

E Apud tholoſam/Sancti Exuperii epiſcopi & confeſſoris: Qui beatus uir/quantum ſibi ex titerit parcus: quãtum aliis largus: ſanctus Hieronymus memorabili proſecutus eſt relatu. Romæ: Sancti Stathei. Ciuitate Ianuis/ſancti Salonis epiſcopi/& confeſſoris. In boemia: ſancti Veticezlay regis/et martyris. In hiſpaniis/ciuitate corduba: Sanctorum martyrum Fauſti: Ianuarii: & Martialis. Item ſancti Foroſei epiſcopi/& confeſſoris/cuius hiſtoriam/uenerabilis Beda ſcripſit. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum martyrum: atq; ſanctarum.

xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. ix. xx. i. xii.

iii. kal. A b c d e f g h i

octob. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xviii. xxix. x. xxi. iii

k l m n o p q r ſ t

F In MONTE GARGANO: Venerabilis memoria Sancti Michaelis archãgeli: ubi ipſius conſecrata nomine habeẽ eccleſia/uili ſchemate facta: ſed cæleſti prædita uirtute. Ipſo enim die prima apparitio ſancti Michaelis in prædicto monte/in partibus apulię/in dioceſi ſipontina/facta fuit tempore Gelaſii primi/papę: qui floruit romæ poſt Petrum/quinquageſimus: Anno dñi quingenteſimo decimo. In thracia: Sanctorum martyrum Eutici: Planti/& Hera-

cleę. Antiſiodori: ſcī Fraterni epiſcopi/ et cōfeſſo ris. Et alibi aliorum.

xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii.

prid. A b c d e f g h i

kal. xx.iiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iiii

octobr. k l m n o p q r ſ t

G Apud bethleem iudę/ prope hieruſalem: Depoſitio ſancti Hieronymi preſbyteri: atq; doctoris: & eccleſię romanę cardinalis: Qui bibliothecam & pſalteriū de hebrea lingua & gręca/in latinā tranſtulit. Obiit aūt anno uitę ſuæ nonageſimo primo: tpre Theodoſii impatoris: imperii ſui anno duodecimo/ Anno uero dnī quadringenteſimo ſecundo. Requieſcit eius corpus Romę ī eccleſia ſanctę Marię maioris/ ante preſepiū domini/in pauimēto dictæ eccleſiæ. Hic ſolum ī tranſlatione ſcripturarū quinquaginta ānos: & ſex menſes inſudauit. In galliis/ caſtro ſaladaro: ſcōrum martyrū Victoris & Vrſii: ex glorioſa legione thebęorum: Qui primo diris ſuppliciis excruciati: ſed cæleſti ſup eos lumīe coruſcante/ ruentibus ī terrā miniſtris/ erepti ſunt. Deinde ī ignē miſſi: ſed ī nulla penitus parte corporis læſi: nouiſſime gladio pcuſſi/ glorioſi martyrii palmam adepti ſunt. Placentię: ſancti Antonini cōfeſſoris. Et alibi aliorum.

xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.

kalen A b c d e f g h i

dis xxv.vi.xvii.xxvii.ix.xx. i.xii.xxiii. v.

octobr. k l m n o p q r ſ t

A IN galliis: Tranſlatio ſcõrum epiſcoporum & cõfeſſorũ Germani: Remigii & Vedaſti: Quorum prior antiſiodorẽſem: Alter uero remenſem Tertius uero atrabathenſem/atque chamaracenſem gubernauit eccleſiam: Anno dnĩ quadringẽteſimo nonageſimo. Romæ/ Natale bt̃i Arathæ martyris: & aliorũ quingentorũ quatuor. In ciuitate thomis: Scõrum martyrum Priſci: Creſcẽtis: et Euagrii. Apud ꝓuinciam luſitanam/ Vlyxbonę: Scõrum martyrũ Veriſſimi/ Maximæ: & Iuliæ ſororum. In ciuitate tornacho: ſcĩ Platonis preſbyteri/ & martyris: qui cum beato Dionyſio epiſcopo: ſuisq; ſociis/ab urbe roma galliam/prędicationis cauſa/expetiit: ac poſtea/cõſumato martyrio/migrauit ad dnũm. In portu gauda: ſancti Bauonis confeſſoris. Treueris: beati Niceti epiſcopi/ & cõfeſſoris. Et alibi aliorum.

xvii.xxviii.ix.xx. i.xii.xxiii.iiii.xv.xxvi

vi.no. A b c d e f g h i k

octo vii.xviii.xxviii.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.vi.

bris l m n o p q r ſ t

B APud nicomediam/ Sancti Eleutherii/cum

aliis inumeris: Quorum/iubēte Dioclitiano im
peratore ſęuiſſimo: Alii gladiis obtruncabātur/
alii ignibus cremabantur/alii in mare precipita
bātur: Sed eorum primus Eleutherius/cum ma/
ximo cruciatu diu per ſingula tormēta ualidior
redderetur: martyrium uictoriæ ſuę ignibus/ue/
lut aurum examinatus/compleuit. In territorio
atrabatenſi/uilla ſyricino/Sancti Leodegarii/au
guſtudunenſis epi/quem uariis iniuriis: diuer/
ſisq; ſuppliciis/pro ueritate afflictum/Ebronius
maior regię domus interfecit: Anno dn̄i ſexcen
teſimo octuageſimo. Item ſācti Gerini martyris/
fratris bt̄i Leodegarii prædicti. Item ſancti Seue
ri cōfeſſoris. In antiochia: Scōrum martyrum Pri
mi: Quirilli & Sęcularii. Romę/uia appia/in cimi
terio Caliſti: ſci Euſebii/papę & confeſſoris/poſt
Petrū trigeſimi primi/Cuius tpribus inuēta eſt
crux dn̄i noſtri ieſu chriſti. v. nonas maii. Et al.

xviii. xxix. x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi.

v. no. A b c d e f g h i

octobr. xxvii. viii. xix. i. xi. xxii. iii. xiiii. xxv. vii

k l m n o p q r ſ t

C PAſſio ſancti Dionyſii epi & martyris: Qui
poſt clariſſimā fidei confeſſionē: ac poſt grauiſſi
ma tormētorum genera/glorioſo martyrio coro
natus eſt: uir fide/ſapiētiaq; mirabilis. Apud an

tiquos ſaxones:Scõrum duorũ martyrũ egual/
dorum:qui cum eẽnt preſbyteri:& prędicare ibi
uerbũ dei cępiſſent:deprehenſi ſunt a paganis:
atq; occiſi/ſup quorũ corpora/multa lux die no
ctuq; apparẽs:& ubi eẽnt:& cuius eſſent meriti/
declarauit. Romæ/ad urſum pilleatum:ſcĩ Can/
didi martyris. Item ſcõrum martyrũ Victoris &
Spargi. Et alibi aliorum.

	xix.	i.	xi.	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii
iiii.no.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
octobr.	ix.	xx.	ii.	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	viii.	
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

D Apud corinthum:ſcõrum martyrũ Criſpi &
Gaii:quorũ meminit ſcũs Paulus apoſtolus ad
corinthios ſcribẽs. In ęgypto:ſcõrum martyrum
Marci & Marcelliani fratrũ:& aliorũ cũ eis innu
merabilium/nõ inferioris glorię utriuſq; ſexus:
atq; ętatis: Quorũ alii poſt uerbera:& diuerſi ge
neris horribiles cruciatus/flãmis traditi ſũt:alii
in mare precipitati:nõnulli etiã capite cęſi:pluri
mi in edia conſumpti:alii patibulo affixi:quidã
etiã capite deorſum/& pedibus ĩ ſublime preſſo
eleuatis/beatiſſimã paſſiõis coronã meruerunt.
Pariſius:ſanctę Aureę uirginis. Aſiſii/in ducato
ſpoletano:Sancti Franciſci cõfeſſoris/primi fun
datoris ordinis fratrũ minorũ: Anno dñi mille/

ſimo ducẽteſimo uigeſimo ſexto. Item ſancti Petronii epi, & cõfeſſoris. Et alibi aliorum.

xx. ii. xii. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xviii.

iii no. A b c d e f g h i

octo xxix. x. xxi. iii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. ix.

bris k l m n o p q r ſ t

E Apud ſiciliam: ſcõrum martyrũ Placidi: Eutícii: & aliorũ triginta. In neumenia: beati Traſeæ epi: qui apud ſmirnã martyrio coronatus eſt. In galliis, ciuitate ualẽtia: ſci Apollinaris epi: cuius uita uirtutibus inſignis fuit: & mors nihilominus ſignis, uirtutibus & ꝓdigiis decorat̃. Antiſiodori: Depoſitio ſanctorũ germanorũ Firmati diaconi: & Flauianę uirginis. Item apud uiennã ciuitatẽ: Sancti Marcelli, epiſcopi eiuſdem urbis & cõfeſſoris. Et alibi aliorum.

xxi. iii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix.

prid. no. A b c d e f g h i

octobris i. xi. xxii. iiii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. x

k l m n o p q r ſ t

F In iudęa, ciuitate ebron metropoli: Depoſitio ſanctorum patriarcharũ Abrahę: Iſaach & Iacob: quorũ corpora in eadem eccleſia, in ſpeluncha duplici, diuina reuelatiõe inuenta ſunt a latinis canonicis eiuſdem eccleſiæ: Anno domini milleſimo centeſimo uigeſimo. Romę: ſanctę Sa

binę uirginis. Apud capuam: ſcõrum martyrum Marcelli: Caſti/& Emylii: & Saturnini. Item ſancti Sagaris martyris: & epiſcopi laudicenſis: qui fuit unus đ antiquiſ Pauli diſcipulis. In galliis/ ciuitate agenno: Sanctę Fidei uirginis/& martyris: Cuius exemplo/ brũs Capraſius ad agonem martyrii animatus eſt. Et alibi.

xxii. iiii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. ix. xx. ii.
nonis A b c d e f g h i k
octobr. xii. xxiii. v. xv. xxvi. vii. xviii. xx. x. xi.
l m n o p q r ſ t

G R Omę: Depoſitio ſancti Marci papæ/& cõfeſſoris/ poſt Petrum trigeſimi quarti. Hic cõſtituit/ ut epũs hoſtienſis: q cõſecrat põtificẽ romanũ: pallio uteretꝰ: ut ſymbolum ĩ miſſa alta uoce cantaretꝰ. Migrauit ad xpũm Anno trecenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Et iacet nũc Florẽtiæ in eccleſia ſcĩ Laurẽtii. Apud ciuitatẽ paduanã: Sanctæ Iuſtinæ uirginis/& martyris. Apud ꝓuinciã quę appellatꝰ auguſta eufrateſia: Sanctorũ martyrum Sergii/& Bacchi/ſub Maximiano imꝑatore. Quorũ Bacchus tã diu neruis eſt cęſus: q̃diu toto corpore diſciſus/in cõfeſſiõe chriſti emitteret ſpiritũ. Sergius uero clauatis coturnis pedibus indutus: cũ in fide xpĩ ꝑmaneret: data ſentẽtia/ iuſſus eſt decollari. Apud eandẽ ꝓuinciã: Sanctę

Iuliæ uirginis/& martyris:quę ſub Maximiano
pręſide martyriū cōſumauit. Item ſcōrum marty
rum Marcelli & Apuleii:q ꝑ apoſtolū Paulū/reli
cto Symone mago/apoſtolicę doctrinę ſe tradi'
derunt:ac poſtmodū ſub Aureliano cōſulari/co
ronam martyrii reportauerunt. Sepulti ſunt aūt
nō longe ab urbe roma. Et alibi.

xxiii.v.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.iii.
viii.id. A b c d e f g h i k
octob. xiii.xxiiii.vi.xvi.xxvii.viii.xix. i .xii.
l m n o p q r ſ t

A IN ꝓuincia paleſtinæ/ī ciuitate cæſarea:Paſ
ſio ſanctæ Reparatæ uirginis / & martyris! Quæ
ſub Decio īpatore/ob fidei cōfeſſionem/in car
cerem truſa! deinde crudeliſſime uerberata! poſt
modū in eculeo ſuſpenſa! tandē capitis detrun'
catione martyriū cōpleuit. Item ſci ſenis Symeo'
nis:q in euāgelio legit̃ dominum Ieſum chriſtū
in ulnis ī templo ſuſcepiſſe. Apud theſſalonicā:
ſci Demetrii martyriſ. In ciuitate hiſpali:ſci Petri
martyris. In territorio lugdunenſi:Sanctæ Bene
dictę uirginis/& martyris. Item ſanctæ Pelagię:
quæ peccatrix appellat̃. Item ſanctorum marty'
rum Terrentiani preſbyteri: Probi:& Andriani!
q apud ciuitatē niceam/ſub Maximiano tyrāno
pro chriſto paſſi ſunt. Et alibi.

xxiiii.vi.xvi.xxvii.viii.xix. i .xi.xxii.iiii
vii.id. A b c d e f g h i k
octob. xiiii.xxv.vii.xvii.xxviii.ix.xx. ii .xiii.
l m n o p q r ſ t

B PAriſius: ſcõrum martyrũ Dionyſii epi: Ruſtici preſbyteri: & Eleutherii diaconi/ Qui btũs epũs a ſummo põtifice Clemente in galliã cauſa prędicandi directus/ad prȩfatã urbem deuenit: ubi p aliquot ãnos cõmiſſum ſibi officiũ ardenter pſequẽs: tandem a prȩfecto Syſinnio/una cũ sociis ſuis ſecuri animaduerſus/martyrium cõſumauit: Anno dnĩ cẽteſimo decimo ſexto: ætatis uero ſuȩ anno nonageſimo. Apud iuliam ciuitatem: quæ nũc parma dicitur/uia claudia/ Paſſio ſancti Domnini martyris/ſub Maximiano tyranno: Qui cum uellet perſecutionis rabiem declinare: ptinus apprehenſus/& gladio uerberatus/pro chriſto glorioſe occubuit: Anno dnĩ ducenteſimo ſexageſimo tertio. Item ſcĩ Giliberti confeſſoris. Et alibi aliorum.

xxv.vii.xvii.xxviii.ix.xx. ii .xii.xxiii.v
vi.idus A b c d e f g h i k
octobr. xv.xxvi.viii.xviii.xxix.x.xxi.iii.xiiii.
l m n o p q r ſ t

C APud ciuitatẽ popolonienſem/in partibus thuſcię: Sancti Cerbonii/eiuſdem urbis epiſcopi

& cõfeſſoris:magnę uirtutis/& ſanctitatis/& mi
raculis uiri. Apud cretã:bt̃i Piſſini/epĩ nobiliſſi'
mi:q in ſcripturis ſuis/uelut in quodã ſpeculo/
uiuentẽ ſui reliquit imaginem. In ciuitate agrip
pinenſi:quæ nunc dicitur colonia:Sancti Gereo
nis martyris cognométo maloſi/ex electa legio
ne thebęorum:cũ aliis trecentis decem & octo!
Qui pſecutiõe Maximiani/ꝓ uerę fidei cõfeſſio
ne/colla patienter gladiis ꝓ chriſto ſubdiderũt.
Item ĩ territorio eiuſdem urbis!Sancti Victoris
martyris:& aliorum decem & ſeptem. Apud ur'
bem narnienſium:Sancti Caſſii/eiuſdẽ urbis epi
ſcopi:Et ſci Florentii/cũ aliis ſeptem. In brittan'
nia:Sancti Paulini epiſcopi/& cõfeſſoris. In terri
torio florẽtino/loco q dicit̃ paſignanũ:Tranſla
tio ſancti Iohãnis gualberti/abbatis uallis um/
broſæ. Apud ceptum ciuitatem ĩ aphrica:Paſſio
ſcõrum martyrũ ſeptem fratrum minorum;q ſe/
pulti ſunt in hiſpania. Et alibi.

xxvi.viii.xviii.xxix.x.xxi.iii.xiii.xxiiii

v.idus A b c d e f g h i

octobr. vi.xvi.xxvii.ix.xix.i.xi.xxii.iiii.xv.

k l m n o p q r ſ t

D A Pud tharſum metropolim cilicię:Sancto'
rum martyrum Tarchi. Probi & Andronici!qui
perſecutione Diocliriani/longo tẽpore ſqualore

carceris afflicti: diuerſisq; ſuppliciis examinati/ in confeſſione chriſti triumphum glorię adepti ſunt. In pago tricaſſino/ Scõrum martyrũ Nega/ ſii epĩ: & ſociorũ eius. Item prima tranſlatio cor poris ſcĩ Auguſtini epĩ/ et doctoris/ de iponia ĩ ſardiniam. Vicentię: ſcĩ Firmini epĩ/ & cõfeſſoris. In ſcotia: ſcĩ Cancti abbatis/ & cõfeſſoris. Et ali/ bi aliorum plurimorum.

	xxvii.	ix.	xix.	i.	xi.	xxii.	iiii.	xiiii.	xxv.	vii
iiii. idus	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
octobr.	xvii.	xxviii.	x.	xx.	ii.	xii.	xxiii.	v.	xvi.	
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

E R Auennę/ uia laurentina: Sancti Ediſii mar tyris. In aphrica: Scõrum martyrum quatuor mi lium nongentorum ſexaginta ſex/ ſub Hemeri/ co rege/ Qui cũ eẽnt dei eccleſiarũ preſbyteri & diaconi/ ſeu epiſcopi: aſſociatis ſibi turbis fide/ lium populorum/ ꝓ cõfeſſione catholicę uerita/ tis/ in horribilis heremi exiliũ miſſi: & ad extre mum uariis pęnis cruciati/ martyrium celebraue runt: Inter quos erant Cyprianus & Fęlix preci pui dei ſacerdotes. In ſyria: Sancti Euſtachii con feſſoris. Bitturichas: Sancti Epionis preſbyteri. Item ſancti Vilſtidii epiſcopi/ & cõfeſſoris. Item ſancti Eulagrii. Et alibi aliorũ plurimorum ſan/ ctorum martyrum.

xxviii.x.xx.ii.xii.xxiii.v.xv.xxvi.viii
iii.idus A b c d e f g h i k
octobr. xviii.xxix.xi.xxi.iii.xiii.xxiiii.vi.xvii.
l m n o p q r ſ t

F APud troadem: Sancti Carpi/diſcipuli ſan/cti Pauli apoſtoli. In hyſpaniis / ciuitate cordu/ba: Scõrum martyrum Ianuarii: Martialis / & Fauſtini: Qui primo eculei pęna cruciati / deinde ſupercilis / auribus quoq; & naribus præciſis: dentibus etiam ſupioribus euulſis: ad ultimũ ignis paſſiõe martyriũ conſumauerũt. Antiochiæ: Sancti Theophili epi: Qui poſt petrum apoſtolum ſeptimus / eccleſiæ prædictæ põtificatum tenuit. Turonis: ſancti Venantii abbatis. Item ſcõrum martyrũ Marcelli: Adriani / & Marci. Item ſancti Edoardi confeſſoris. Apud aluerniam: ſancti Giraldi cõfeſſoris. Tranſlatio ſancti Giliberti confeſſoris. Romę: Depoſitio Honorii primi / papę: qui poſt Petrũ ſeptuageſimus primus: ſedit annos duodecim / menſes duos / & dies ſeptem. Et alibi aliorum plurimorum.

xxix.xi.xxi.iii.xiii.xxiiii.vi.xvi.xxvii.
pridie A b c d e f g h i
idus ix.xix.i.xii.xxii.iiii.xiiii.xxv.vii.xviii
octobr. k l m n o p q r ſ t

G ROmę / uia aurelia: Sancti Caliſti primi / pa

pę & martyris/Qui anno domini ducenteſimo ſecundo poſt Petrum decimus ſextus/ſedit an/nos qnqꝫ:mẽſes duos:& dies decem. Hic cõſti/tuit ieiunium quatuor temporũ celebrari. Et fe/cit cimiterium uia appia:quod uocatur Cimite/rium Caliſti/ubi q̃ plurima multitudo martyrũ eſt ſepulta. Hunc Alexander imperator ſub diutina cuſtodia fame cruciari:& quotidie fuſtibus cędi iuſſit. Tandem uero per feneſtram domus in qua cuſtodiebat̃/pręcipitatus:uictorię triumphum promeruit. Aſterius autem preſbyter corpus eius de puteo leuauit:& honorifice ſepelliuit. In ciuitate tudertina/ſcĩ Fortunati/eiuſdem urbis epiſcopi/& confeſſoris:qui in effugandis ſpiritibus ĩmundis/ĩmenſę uirtutis emicuit gratia:ut legitur in libro primo dialogorum beati Gregorii papę. Item ſanctorum Saturnini & Lupi. Item ſancti Gaudentii. Et alibi.

i.xii.xxii.iiii.xiiii.xxv.vii.xvii.xxviii.
idibus A b c d e f g h i
octobris x.xx.ii.xiii.xxiii.v.xv.xxvi.viii.xix.
k l m n o p q r ſ t

A APud coloniã:ſcõrum martyrũ trecẽtorũ ſexaginta:q cũ eẽnt ex legiõe ſacra thebęorũ:ꝓ fide xpĩ/agonis martyriũ cõpleuerũt/Anno dñi quadringẽteſimo ſexageſimo tertio. Romæ/uia

aurelia:ſancti Fortunati.Lugduni:ſancti Antio
chii epiſcopi/et cõfeſſoris/q ſtrenue miniſtran'
do ĩ põtificii culmine:ad qđ aſſumptus fuerat:
regnũ cęleſte adeptus eſt. In territorio remenſi:
Sancti Baſilii cõfeſſoris.Capuę:ſcõrum martyrũ
Rufilii/& Fortunati.Et alibi.

	ii.	xiii.	xxiii.	v.	xv.	xxvi.	viii.	xviii.	xxix.
xvii.kal	A	b	c	d	e	f	g	h	i
nouem	xi.	xxi.	iii.	xiiii.	xxiiii.	vi.	xvi.	xxvii.	ix.xx
bris	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ t

B Ppparitio ſecunda ſcí Michaelis archange'
li:quæ circa annum dni ſeptingenteſimum deci
mum legiẽ accidiſſe. In aphrica:Scõrum martyrũ
ducẽtorũ ſeptuaginta/pariter coronatorum:Et
ſcõrum martyrũ Martiani & Satyriani:cum duo
bus eorũ fratribus:Qui ꝑ cõſtantia fidei catho
licę:primũ nodoſis fuſtibus cęſi:& uſq; ad oſſa
laniati:cum multo tpre talia paterenẽ:& ſequen
ti die ſemp incolumes redderentur/nouiſſime ĩ
exilii relegatiõe/uinctis pedibus poſt terga cur
rentium quadrigarũ/inter ſpinoſa loca ſyluarũ:
pariter iuſſi ſunt iterire.Paſſa ẽ etiã cũ eis ſcã Ma
xima uirgo.In alamania:ſancti Galli abbatis/&
cõfeſſoris/diſcipuli ſcí Columbani abbatis/ma
gnę ſanctitatis uiri:q ſepultus ĩ terris/in cęlo ſe
uiuere multis miraculis manifeſtat.Item ſancto

rum martyrum Saturnini & Nerei/cum aliis tre
centis ſexaginta quinq;. Et alibi.

iii.xiiii.xxiiii.vi.xvi.xxvii.ix.xix.i.xii
xvi.kal. A b c d e f g h i k
nouem xxii.iiii.xv.xxv.vii.xvii.xxviii.x.xxi.
bris l m n o p q r ſ t

C I N antiochia: Sancti Heronis/diſcipuli ſan
cti Ignatii epiſcopi/& martyris: Qui cũ epũs eẽt
ſcũs/uiam magiſtri pius imitator ſecutus/ꝓ cõ
mendato grege amator chriſti ad cælos migra/
uit. Ciuitate auroſica/Sancti Florentii/eiuſdem
ciuitatis epi/& cõfeſſoris: q multis clarus uirtu
tibus/in pace quieuit: Tamẽ feſtiuitas eius agiť
iii. kal. ianuarii. In territorio niuernenſi: ſcĩ Vin/
centii epi/& confeſſoris. Sanctorũ martyrum Vi
ctoris: Alexãdri & Mariani. Item ſcĩ Ariſtionis/
q fuit unus de ſeptuaginta duobus diſcipulis
ieſu chriſti. Item ſancti Rufiniani. Et alibi.

iiii.xv.xxv.vii.xvii.xxviii.x.xx.ii.xiii.
xv.kal. A b c d e f g h i k
nouem xxiii.v.xvi.xxvi.viii.xviii.xxix.xi.xxii
bris l m n o p q r ſ t

D N Atale ſci Lucæ euãgeliſtæ: Qui cũ eẽt an
norũ ſeptuaginta trium/plenus ſpũ ſcõ/obiit in
bithinia. Huius oſſa anno uigeſimo Conſtanti/
ni/tranſlata ſunt cõſtãtinopolim: Sed nũc diciť:

ꝙ ſunt ĩ baſilica ſanctę Iuſtinę/iuxta ciuitatē pa
duanam. Item ſci Aſclepiadis/Antiocenæ urbis
epĩ:q fuit unus ex præclaro numero cōfeſſorū/
qui oēs ſub Decio paſſi ſunt. Romæ:ſanctę Tri
phonię/uxoris Decii cęſaris. In territorio belua
cenſi:Sancti Iuſti martyris. Sanctorū Alexandri
& Victoris. Item ſancti Hermelandi abbatis:Et
ſancti Mennonis martyris. Et alibi.

v.xvi.xxvi.viii.xviii.xxix.xi.xxi.iii.xiiii

xiiii. A b c d e f g h i k

kal.no xxiiii.vi.xvii.xxvii.ix.xix. i .xii.xxiii.

uembr. l m n o p q r ſ t

E APud alexādriam ægypti/metropolii:San
ctorum martyrū Tholomei & Lucii/ſub Antoni
no/cognomēto pio: Quorū primus/multo tpre
ſqualore carceris maceratus:ad ultimū cū ſe xpĩ
fide publica uoce teſtaret̃:iuſſus ē duci ad mor
tem:& ſic migrauit ad dnūm. Sequēs uero cū ſe
chriſtianū publica uoce fateret̃:ſimilē ſentētiam
ꝑ xpō recepit. In antiochia ſyriæ:Scōrum marty
rum Heronei/Pelagiæ:& aliorū quadraginta no
uem. In ciuitate pureoli/ſcōrū martyrū Proculi/
& Niceę matris eius. Item ſci Amati confeſſoris.
Romę:ſci Aſterii prebſyteri/& martyris. Et al.

xiii.kal. vi.xvii.xxvii.ix.xix. i .xii.xxii.iiii.xv.

nouēbr. A b c d e f g h i k

xxv.vii.xviii.xxviii.x.xx.ii.xiii.xxiiii
l m n o p q r ſ t

F Apud ciuitatẽ ambienſem/Sancti Maximi leuitę/& martyris:q̃ patiẽdi deſiderio/inquirentibus ſe palam oſtendit/Et poſt reſponſionum cõſtantiam/eculeo ſuſpenſus eſt:ac crudeliſſime tortus/deinde fuſtibus cæſus:ad ultimũ obrutus/p christo occubuit:& ſepultus eſt ĩ ciuitate aquilenſi/ĩ eccleſia cathedrali. In galliis/ciuitate agenno:ſancti Capraſii martyriſ:Qui cũ rabiem pſecutionis declinans lateret in quadã ſpelunca:deinde audiens qualiter beata uirgo fides p christo certabat:tunc animatus ad tollerantiam paſſionum/orauit ad dñũm:ut ſi gloria martyrii ipſum iudicaret dignum:ex lapide ſpeluncæ aqua limpidiſſima emanaret. Quod & fcũm eſt:& preſtante dñó/ſecurus ad certamẽ pperauit:& palmã martyrii fortiter dimicãdo pmeruit. Ciuitate colonia:Paſſio ſcãrum uirginũ & martyrum Marthę & Saulę/cũ aliis pluribus. Item ſcõrum martyrum Georgii diauoni:& Aurelii. Et al.

vii.xviii.xxviii.x.xx.ii.xiii.xxiii.v.xvi.
xii.kal. A b c d e f g h i k
nouem xxvi.viii.xix.xxix.xi xxi.iii.xiiii.xxv.
bris l m n o p q r ſ t

G Apud nicomediam:Natale ſanctorum mar

tyrum Elaſii/Gaii:Zotici:cũ duobus milibus.
Item ſancti Hylarionis abbatis/& cõfeſſoris:ma
gnę ſanctitatis & penitentię uiri. Cuius uitã uir
tutibus plenã/ſcũs Hieronymus ĩ libris ſeniorũ
ſcribit. In ciuitate colonia:Paſſio ſcõrũ martyrũ/
& ſcãrum uirginũ & martyrũ Vrſulæ cum unde/
cim milibus:Et cum eis ſancti Cyriaci papę:qui
fuit poſt petrũ decimus octauus. Necnõ & Iaco
bi archiepĩ antioceni:Vincentii preſbyteri cardi
nalis:Mauritii epi lauicani:Follani epĩ lucenſis
Sulpitii epĩ rauẽnę:Clemẽtis epĩ:& Marculi epĩ:
& Herei ſponſi beatę Vrſulę prędictę/cũ multis
aliis uiris:qui omnes paſſi ſunt pro chriſto. Bur
dugalię:Sancti Seuerini epiſcopi. Et alibi.

	viii.	xix.	xxix.	xi.	xxi.	iii.	xiiii.	xxiiii.	vi.
xi.kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i
nouem	xvii.	xxvii.	ix.	xx.	i.	xii.	xxii.	iiii.	xv. xxvi
bris	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ t

A I N partibus thuſciæ/apud feſulas/ĩ territo
rio florentino:Sancti Donati ſcoti/eiuſdẽ urbis
epĩ/& cõfeſſoris:qui uirtutibus & miraculis cla
rus/quieuit ĩ dñõ:& ſepultus ẽ in baſilica prędi
ctæ urbis. Apud adrinopolim thracię:Sanctorũ
martyrũ Philippi epiſcopi:Euſebii/& Hermetis.
Item ſãcti Marci epĩ/clariſſimi & doctiſſimi uiri:
Qui primus ex gẽtibus/eccleſiã hieroſolimorũ

regendā ſuſcepit:ac nō multo poſt martyrii pal
mam ꝓmeruit.Item ſanctæ Mariæ Salomę:quę ī
euangelio legit̄ fuiſſe ſollicita circa dnī ſepultu/
ram.In ciuitate oſea:Scārum uirginū & martyrū
Munilionis & Elodię:quę ꝑ chriſti confeſſione
diuturna cuſtodia maceratę:ac inde capitali ſen
tentia punitę/martyriū conſumauerunt.Item ſcī
Mallonii/rothomagenſis eccleſię archiepiſcopi/
& cōfeſſoris.Et alibi.

ix.xx. i .xii.xxii.iiii.xv.xxv.vii.xviii.
x.kal. A b c d e f g h i k
nouēbr. xxviii.x.xxi. ii .xiii.xxiii.v.xvi.xxvii.
l m n o p q r ſ t

B Apud antiochiā:Sancti Theodorici preſby
teri/& martyris/Qui ꝑſecutiōe impii Iuliani im
peratoris/poſt eculei pęnā:& multos ac duriſſi/
mos cruciatus:lampadibus circa latera eius ap/
poſitis:cum imobilis ī cōfeſſione chriſti perſiſte
ret:gladio cęſus/martyrium cōſumauit.In hiſpa
niis:Scōrum martyrū Seruandi/& Germani:qui
poſt uerbera:ſqualorē carceris/ſitis/& famis:ac
longiſſimi itineris laborē:nouiſſime finē ſui cur
ſus ferro cæſis ceruicibus impleuerūt/Ex q̄bus
Germanus emeritę:Seruādus hiſpali cōditus ē.
In ciuitate colonia:ſci Seuerini epi/& cōfeſſoris.
Item ſancti Romani archiepi/& cōfeſſoris.Et al.

x.xxi. ii .xiii.xxiii. v .xvi.xxvi.viii.xix.

ix.kal. A b c d e f g h i k

nouem xxix.xi.xxii.iii.xiiii.xxiiii.vi.xvii.xxviii

bris l m n o p q r ſ t

C I N florẽtino territorio/in thuſcia:Paſſio ſcí
Creſcii martyris:& ſociorũ eius:q Anno dní du
centeſimo quadrageſimo octauo/ſub perſecutio
ne Decii tyrãni paſſi ſunt/in loco:q dicitur/ual
lis caua:ubi ĩ eccleſia ſub titulo ſancti Creſcii re
quieſcunt. In uenuſia ciuitate apulię:Sancti Fę
licis epiſcopi/& Audacti:& Ianuarii preſbytero
rum:Fortunati/& Septimi lectorũ:Qui tempori
bus Diocliriani/multiſ diu uiculis & carceribus
macerati/in aphrica & in ſicilia/tandem ictu gla
dii mortui ſunt:Fęlix uero qnquageſimo ſexto
ętatis anno/uirgo obiit. Verrano mõaſterio:ſan
cti Martini abbatis. Item ſci Vitalis. Sancti Ma
cronii epí/& cõfeſſoris. Item apud ſcũm Marcũ:
Tranſlatio ſcõrum martyrũ Senatoris/& Viato
ris:Caſſiodori/& Lucę abbatis. Et alibi.

xi.xxii.iii.xiiii.xxiiii.vi.xvii.xxvii.ix.

viii.kal A b c d e f g h i

nouem xx.i.xii.xxiii.iiii.xv.xxv.vii.xviii.xxix

bris k l m n o p q r ſ t

G A Pud Florentiã:Paſſio ſci Miniatis marty
ris cum ſociis ſuis:Qui ſub Decio tyrãno paſſi

ſunt: Anno dñi ducẽteſimo quadrageſimo octa uo. Romę: ſcõrum martyrũ Criſanti/ & Darię uir ginis: q̃ poſt multas paſſiões/ iuſſi ſunt a Nume riano imꝑatore uia ſalaria in harenario deponi: atq; illic uiuẽtes/ terra & lapidibus obrui: Anno dñi ducenteſimo trigeſimo quinto. Item romæ: ſcõrum martyrũ militũ quadragintaſex: q̃ ſimul baptizati ſunt a Dionyſio papa: & mox/ iubẽte Claudio imꝑatore/ ſunt decollati: ac uia ſalaria ſunt ſepulti: ubi & alii martyres centum uiginti unus poſiti ſunt: Inter quos fuerũt quatuor mi lites chriſti/ Theodoſius: Lucius: Marcus/ & Pe trus. In petragorica ciuitate: ſancti Frõtonis epi ſcopi: qui romæ a beato Petro apoſtolo ordina tus ẽ cũ Georgio preſbytero: quẽ tradũt eſſe illũ q̃ petri apoſtoli baculũ in itinere ſociũ đ morte recepit: & apud prędictã ciuitatẽ ueniẽs/ magnã gentis illius multitudinẽ ad chriſtũ cõuertit: Et multis clarus uirtutibus/ quieuit in dñõ. In gal liis/ in ciuitate ſueſionis: ſcõrum martyrũ Criſpi & Criſpiniani: q̃ ꝑſecutiõe Diocliriani/ poſt ĩma nia tormẽta ſibi illata: demum gladio trucidati/ coronam martyrii cõſecuti ſunt. In ciuitate caua lis: ſcĩ Hylarii epi/ & cõfeſſoris. Romę: beati Bo nifatii/ papę quinti: qui poſt Petrum ſeptuageſi mus/ ſedit annos quinq;: dies tredecim: & ſepul

tus eſt in baſilica bt̃i Petri apoſtoli. Apud ſardi niam/in ciuitate turricana: Sancti Grau[illegible]ni mili tis/& martyris: q paſſus ẽ ſub præſide Barbaro/ ſub perſecutiõe Diocliriani & Maximiani impe ratorum. Et alibi.

	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxv.	vii.	xviii.	xxviii.	x.	
vii. kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	
nouẽbr.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvi.	viii.	xix.	i.
	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t

E R Omæ: ſci Euariſti papæ/ et martyris: Qui poſt Petrũ quintus/ſedit ãnos decem: menſes ſe ptem: dies duos. Et martyrio coronatus ſub per ſecutione Traiani/ſepultus eſt iuxta corpus bt̃i Petri apoſtoli. Apud aphricam: Natale ſanctorũ martyrũ Rogatiani epi: & Feliciſſimi: q pſecutio ne Decii & Valeriani/ſunt martyrio illuſtri coro nati: De quibus etiã ſcribit bt̃s Cyprianus ĩ epi ſtola ad cõfeſſores. In ciuitate narbona: ſci Ruſti ci epi/& confeſſoris. Item ſci Demetrii martyris. Ordinatio epiſcopatus ſci Amãdii epi/& cõfeſſo ris: & trãſlatio eius corporiſ: & dedicatio baſilicę ipſius. Itẽ ſcõrũ martyrũ Luciani & Florii. Et al.

	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvi.	viii.	xix.	xxix.	xi.	
vi. kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	
nouẽbr.	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxvii.	ix.	xx.	ii.
	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t

F Igilia apoſtolorũ Symonis & Iudæ. In hiſpaniis/in ciuitate abula: ſcõrum martyrum Vincentii: Sabinæ/& Criſtinæ/ Qui primo a præſide tyrãno ĩ eculeo extenſi: ita ut omnes compages membrorũ eorum laxarent̃/ Deinde capita eorũ lapidibus ſuperpoſita uſq; ad excuſſionem cerebri/ ualidis uectibus ſunt cõtuſa: & ſic martyriũ cõpleuerunt: agente pręſide Datiano. Apud tile caſtrum: ſancti Florẽtii martyriſ. Item ſanctę Geltrudis uirginis. Apud brittanniam: Tranſlatio ſancti Iuonis cõfeſſoris/magnę ſanctitatis uiri. Apud ſardiniam/in ciuitate turritana: Sanctorũ martyrum & fratrum Proty preſbyteri: & Ianuarii diaconi/ſub pręſide Barbaro: tp̄re Dioclitiani & Maximiani. Et alibi.

	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxvii.	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii
v. kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
nouem	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	xxviii.	x.	xxi.	iii.	
bris	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

G Atale apoſtolorũ Symonis & Iudę: Quo
n rum ſymon apud ęgyptum: Iudas qui & Thadeus dicit̃: apđ meſopotamiã prædicauit. Inde ſimul perſidã ingreſſi: cum innumerã ipſius gẽtis multitudinẽ xp̄õ ſubdidiſſent: martyriũ cõſumauerũt. Romę: ſanctę Cirillę/filię Decii imp̄atoris: quæ ſub Claudio prĩcipe pro chri

ſto iugulata/& gladio necata eſt. In ciuitate mel dis: Sancti Pharaonis epi/& cõfeſſoris. Pariſius: Tranſlatio corporis ſanctę Genoueſę uirginis. Item ſcí Fidelis militis: q paſſus ẽ ſub Maximia no tyrãno. Et alibi aliorum.

xv.xxvi.vii.xviii.xxviii.x.xxi.ii.xiii.xxiiii
iiii. A b c d e f g h i k
kal.nc v.xvi.xxvii.viii.xix.xxix.xi.xxii.iiii.
uembr l m n o p q r ſ t

A S Ancti Narciſſi/hieroſolimorũ epí: q trige ſimus primus poſt Iacobum fratrem dní/prędi ctam rexit eccleſiam/quẽ ſcítate/& patiẽtia/ac fi de laudabilẽ fuiſſe eccleſiaſtica narrat hyſtoria. Expletis aũt centum ſexdecim annis uitę ſuę: re licta ſede btõ Alexandro: fructum laborũ ſuorũ a dnõ recepit. Apud ſyndonem urbem/in ꝓuin cia phęnicis: Sancti Zenobii pręſbyteri/& marty ris: q perſecutione Diocliciani/martyrio corona tur. In lucana ꝓuincia/Scõrum martyrũ Iacinti: Quinti: Fęliciani/& Lucii. Item beati Honorati epiſcopi/& cõfeſſoris. Et alibi.

xvi.xxvii.viii.xix.xxix.xi.xxii.iii.xiiii.
iii.kal. A b c d e f g h i
nouem xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.xii.xxiii.v.
bris k l m n o p q r ſ t

B A Pud ciuitatem tingitanam: Sancti Marcel

li centurionis:q capitis abſciſiõe martyrium cõ pleuit/ſub Agricolano agente uices præfectorũ pretorii. Apud aphricã: Scõrum martyrũ centum uiginti. Apud antiochiã: Bt̃i Serapionis epi/uiri eruditi/ac fide clariſſimi. In hiſpaniis: Sanctorũ martyrum Claudii: Lupercii: & Victorici: q paſſi ſunt ĩ legionenſi ciuitate/ſub Diocliciano & Maximiano ĩpatoribus. Item ſcĩ Germani epĩ capuani/& cõfeſſoris/cuius animam ſcũs Benedictus ĩ cælũ ab angelis uidit deferri. Toloſæ: ſancti Saturnini. Et alibi.

xvii.xxviii.ix.xx.i.xii.xxiii.iiii.xv

pridie A b c d e f g h i

kal.no xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.vi

uembr. k l m n o p q r ſ t

C V Igilia omniũ Scõrum. Romę: bt̃i Nemeſii diaconi/& martyris: & Lucillę eius filię: q cũ a fide xpi flecti nequaq̃ poſſent: iubẽte Valeriano & Galieno decollati ſũt/ſub.viii.kal.ſeptẽbris. Hic tamẽ habet̃ uenerabilior ſollẽnitas ipſorũ: quando a beato Sixto papa corpora eorum uia appia cõgruis ſunt honoribus tumulata. In galliis/oppido uiromadenſi: ſcĩ Quĩtini martyris/q ſub Maximiano ĩpatore martyriũ paſſus eſt. Huius corpus poſt ãnos.lv.reuelãte angelo/repertum eſt/& ſepultum.viii.kal.iulii. Et alibi.

xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii

kalen A b c d e f g h i k

nouem viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vii.

bris l m n o p q r ſ t

D Eſtiuitas ſanctæ dei genitricis Marię uirginis:& omnium ſcõrum & ſcãrum dei.

f Quã Bonifatius papa quartus celebrem & generalẽ inſtituit omnibus annis in urbe roma/in eccleſia quę nũc appellaẽ Sancta Maria rotunda:quã ipſe cõſecrauit die.xiii.menſis maii: Anno dnĩ quingẽteſimo nonageſimo ſeptimo. Apud caſtrum deuionem:ſancti Benigni preſbyteri/q cũ Andochio preſbytero/& Tyrſo diacono/miſſus a ſcõ epiſcopo Polycarpo ab oriente ĩ galliã ad prędicandum/deprehenſus ẽ a Terentiano comite & grauiſſimiş tormẽtis afflictus: tandem collum eius uecte ferreo tundi:& totũ eius corpus lancea ſępius pforari iubeẽ. In campania/ciuitate terracina:Scõrum martyrũ Cęſarii diaconi:& Iuliani preſbyteri:Qui Cęſarius/tpre Claudii imparatoris diebus multis ĩ cuſtodia maceratus:deinde cũ eodẽ Iuliano in ſaccũ miſſus: ſicq; ĩ mari pręcipitatus eſt:Qui eodem die reiecti ſunt ad litus:& ſepulti ab Euſebio ſeruo dei iuxta prędictã urbem. In ciuitate tyburtina:Sancti Seuerini monachi. Item ſanctę Marinę uirgi

nis:quæ duris uerberibus afflicta:eculei exten/ſione:& ungularũ laniatiõe uexata/martyriũ cõſumauit. Pariſius:ſcĩ Marcelli epĩ/& cõfeſſoris/qui ut dignus monſtrareĩ futurus antiſtes:eius merito/nũc aqua ĩ uinũ:nũc uero mutatur ĩ bal/ſamum. In ciuitate boroccis:Sancti Vigoris epĩ. In pago uaſtinenſi:Sancti Martini epĩ/& cõfeſſo ris. Pictauis:ſcĩ Ilii cõfeſſoris. In ciuitate reggii: Tranſlatio corporis beati Venerii cõfeſſoris:de partibus lunenſium ad reggiũ prędictum. Et ali bi aliorum plurimorum.

xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.

iiii.no. A b c d e f g h i

nouem xxviii.ix.xx. i.xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.viii

bris k l m n o p q r ſ t

E Commemoratio omnium fidelium defunctorum. Item ſancti Victorini/pictauenſis epi:q poſt multa documẽta) ut brũs Hieronymus teſtatur) perſecutiõe Dioclitiani/martyrio coronatus eſt. Romę/tpribus Adriani impatoris:Sanctorum martyrũ Euſtachii/cognomẽto Placidi: & uxoris eius Theoſpis/cum filiis Agapito/& Theopiſto:quorum miri actus legunĩ. Horum enim feſtiuitas cum habeatur.xii.kal.octobris: hic tamen plenius recolĩ. Apud laudociam:ſancti Theodori epĩ/uiri nõ ſolũ uerbis:ſed etiã re

bus & uirtutibus ornati:in ſcripturis quoq; di uinis laborem q̃ plurimũ geſſit. Item ſci Ambro ſii abbatis mõaſterii inſulę barbarę:q fuit pater ſcitate ac uirtute clarus. Item tergeſti:Sancti Iu/ ſti martyris/ſub præſide Monatio. Et alibi alio rum plurimorum.

xx. i. xii. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xviii. xxix
iii. no. A b c d e f g h i k
nouem x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. ix.
bris l m n o p q r ſ t

F IN territorio florentino/apud caſtrum pan zani:Sancti Eufroſini/panphilię epi/& confeſſo ris:Qui magnis uirtutibus & miraculis clarus/ quieuit in domino:tpre ſancti Syluеſtri papę:& ibi ſepultus eſt i baſilica/ad honorẽ ſui nois de dicata. Item ſci Quadrati/diſcipuli apoſtolorũ. Apud cęſaream capadocię:Scõrum martyrũ Ger mani:Cæſarii:Theophili & Vitalis:qui ſub De/ cio impatore ſuum duxere martyrium. Item ſan cti Malachię epiſcopi:qui multis uirtutibus cla ruit. Sancti Hylarii epiſcopi & confeſſoris. Item ſancti Euberti/epiſcopi leodienſis/& cõfeſſoris. In cęſarea auguſta:Scõrum martyrum innumera bilium:qui omnes ſub Datiano hiſpaniarũ pręſide martyrium cõſumauerunt. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum.

xxi.ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix

pridie A b c d e f g h i

no. xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.x

nouẽbr. k l m n o p q r ſ t

G APud Bononiã:Sanctorum martyrum Vitalis & Agricolæ:Quorũ poſterior ſeruus olim fuerat:nunc autem conſors/& collega martyrii: Deniq; cum ſcũs Vitalis cogeretur a perſequentibus chriſtum negare:& ille amplius profiteretur nomen domini noſtri Ieſu chriſti:omnia tormentorum genera in eum exercuerunt. Nouiſſime uero beatum Agricolam interemerunt/cruci affigentes. Apud alexãdriam/Sancti Hierii preſbyteri:uiri ĩ diuinis ſcripturis ſubtilis ingenii/& multũ eruditi:uita puriſſimi:atq; ad chriſtianam philoſophiã mundi nudi/& penitus expediti:doctoriſq; eccleſiæ incõparabilis/priuatim & publice mirabiliter diſputantis:Quieuit aũt ĩ domino tempore Phylippi imperatoris. In pago uilcaſſino:Sancti Clari epiſcopi/& martyris. In galliis/ciuitate rodonis/Sancti Amantii epiſcopi/et cõfeſſoris/cuius uita ſanctitate & miraculis extitit glorioſa. Auguſtuduni:ſancti Proculi martyris. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum martyrum.

xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.
Nonis A b c d e f g h i k
noũẽbris xii.xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.xi.
l m n o p q r ſ t

A Z Acharię ꝓphetę/patris ſancti Iohãnis baptiſtę. In terracina campanię: Scõrum martyrum Fęlicis preſbyteri:& Euſebii monachi/tpribus Claudii imperatoris: Qui Euſebius cum ſepelliſſet ſcõs martyres Cęſarium & Iulianum:& cõuerteret multos ad fidẽ chriſti/quos Fęlix preſbyter baptizabat: tenti ſunt ambo/& ad forũ iudicis ducti:nec ſupati: Inde in carcerẽ recluſi:& eadem nocte cũ ſacrificare noluiſſent: decollati ſunt. In aurelianis: Sancti Lęti preſbyteri. In territorio lingonenſi/in monaſterio clarę uallis: Sancti Malachię epi/& cõfeſſoris. Et al.

xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii
viii.id. A b c d e f g h i k
noũẽbr. xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xii
l m n o p q r ſ t

B IN gallus: Sancti Leonardi cõfeſſoris/diſcipuli ſancti Remigii archiepiſcopi: Qui ex nobili genere ortus/i iuuentute ſolitariã uitam diligens: uita/uirtutibus & miraculis claruit: Anno dni qngenteſimo. Item ſci Appiani confeſſoris: qui natiõe lygur/in cęlo aureo monachus fuit.

Apud ciuitatē cumanenſem/roniza aphricę: Sancti Fęlicis martyris. In huius ſollēnitate quendā pſalmū ſcūs Auguſtinus uidetur expoſuiſſe ad populū kartaginenſem. In oriente/ciuitate theopolim: Scōrum decem martyrum/qui ſub ſaracenis paſſi legunť/ut habetur ī geſtis ſcōrum quadraginta martyrum. In aphrica: ſancti Attiti. Rodonis: ſancti Meliani cōfeſſoris.. Et alibi.

vii. idus	xxiiii. v. xvi. xxvii. viii. xix. xxx. xi. xxii
	A b c d e f g h i
nouembris	iii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. ix. xx. i. xiii
	k l m n o p q r ſ t

C A Pud alexandriam: Bti Achillę epiſcopi/& cōfeſſoris: Qui eruditione fidei/cōuerſatione/& moribus fuit inſignis. Item ſci Amarantis martyris: q apud alpigenſem urbem/exacto agonis fideli curſu/ſepultus: uiuit in gloria. Apud paduanā urbem/Sancti Proſdocimi/primi epi prædictę urbis: q a btō Petro apoſtolo epūs ordinatus eſt: & ad predictā urbem/ut uerbum dei prędicaret: directus eſt. Apud peruſium italię urbē: Sancti Herculani/epi eiuſdem ciuitatis/& martyris: Cuius corpus/poſt abſciſionē capitiſ ita unitum atque ſanum die quadrageſimo (ut ſcribit ſcūs Gregorius papa ī libro dialogorū) repertū eſt: ac ſi nulla hoc inciſio ferri tetigiſſet. In pago

treueris:Sancti Villebrordii archiepiſcopi:in lo′
co qui dicitur epternachus.Et alibi.

xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.xii.xxiii.iiii
vi.idus A b c d e f g h i k
nouem xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiiii.
bris l m n o p q r ſ t

D ROme/uia lauicana:Scõrum martyrũ Clau
dii:Nicoſtrati:Symphoriani/Caſtorii/& Simpli′
cii:Qui primo ĩ carcerẽ ſunt recluſi/deinde ſcor
pionibus grauiſſime cęſi:ſed cũ a fide xpĩ muta
ri nõ poſſent:iuſſi ſunt a Diocliriano imparore
in medio mari precipites dari:Anno dnĩ ducen
teſimo nonageſimo ſeprimo. Hoc audiens ſcũs
Cirillus epũs:dum eẽt ĩ carcere/nimium ſe affli′
xit/& poſt triginta dies migrauit ad chriſtum.
Item romę in prędicta uia:Scõrum martyrũ qua
tuor coronatorum Seueri:Seueriani/Carpopho
ri/& Victorini/Qui iubẽte Diocliriano/ictibus
plubatarũ uſq; ad mortem cęſi ſunt.Horum aũt
noĩa cũ minime repiri potuiſſent:reuelante dnõ
interiectis annis:poſtea oſtenſa ſunt.Statutum
eſt autem a Melciade Papa:ut anniuerſarii dies
eorum/ſub nominibus prædictorũ quinq; mar′
tyrum recolatur.Et alibi aliorum.

v.idus xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii.v
nouẽbr. A b c d e f g h i k

xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xv.
l m n o p q r ſ t

E R Omæ:Dedicatio baſilicæ ſci Saluatoris.
Apud cæſaream/in urbe berith:Paſſio imaginis
ſcĩ Saluatoris dnĩ noſtri Ieſu chriſti. Apud ama'
ſyam ciuitatẽ marmaritanorũ:Sancti Theodori
martyris/q tpribus Maximi & Maximiani im'
peratorum/ꝑ cõfeſſione fidei chriſtianę fortiter
cęſus:deinde ĩ carcere miſſus:& poſtmodũ/dñõ
ſaluatore noſtro ſibi apparẽte/& monente ut cõ
ſtanter & uiriliter ageret:cõfortatus eſt:Nouiſſi
me poſtq̃ eculeo ẽ ſuſpenſus:& ungulis tortus:
ita ut interiora eius apparerẽt:ignibus traditus
eſt:& ſic martyriũ cõſumauit. Apud bitturicas:
Sancti Vrſicini epĩ/& cõfeſſoris:q romæ ordina'
tus a ſucceſſoribus apoſtolorũ/primus eiuſdem
urbis deſtinatus eſt epũs. Apud uirdunũ:ſci Vi
ctorini/eiuſdẽ ciuitatis epĩ/& cõfeſſoris. Et al.

xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii.xxv
iiii.idus A b c d e f g h i
nouem vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii.iiii.xvi
bris k l m n o p q r ſ t

F R Omę:Scõrum martyrũ Triphonis:Reſpi
cii:& Nimphę uirginis/& martyris. In territorio
agathenſi/in cęſarione:Scõrum martyrũ Tyberii
Modeſti/& Florentiæ/Qui tpre Diocliciani ua'

riis tormentis cruciati/martyrium cõpleuerunt. Antiochiæ:Sanctorum martyrum Demetrii epi/ſcopi:Aniani diaconi:Euſtaſii:& aliorum uiginti.Aurelianis:Sancti Monitoris epiſcopi.Et al.

	xxviii.	ix.	xx.	i .	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii
iii.idus	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
nouem	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii .	xiii.	xxiiii.	v .	xvii.	
bris	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

G IN galliis/ciuitate thuronis:Sancti Martini/prædictæ urbis epi & confeſſoris:Cuius uita uirtutibus/ſcītate/& miraculis adeo extitit glorioſa:ut trium mortuorum meruerit eſſe ſuſcitator.Obiit anno dñi trecẽteſimo nonageſimo ſeptimo.In ſcythia metropoli frigiæ ſalutariȩ:Sancti Mennȩ martyris:q ꝑſecutione Dioclitiani & Maximiani:poſtq̃ ſtuduit cæleſti regi ſecreta cõuerſatione in heremo militare:ꝓcedẽs ad publicum/ac ſe chriſtianũ libera uoce declarãs:primo diris cruciatibus examinatus:nouiſſime fixis ĩ oratione genibus:domino Ieſu Chriſto gratias agens:gladio occiſus eſt.In ꝓuincia francorum/lugduni:Sancti Verani epi et cõfeſſoris:Cuius uita/fidei & uirtutũ meritis/illuſtris fuit.Apud rauennam:ſancti Probi/archiepiſcopi rauennenſis/& cõfeſſoris.Et alibi aliorum plurimorũ ſanctorum martyrum.

xxix. x. xxi. ii. xiii. xxiiii. v. xvi. xxvii. viii
pridie A b c d e f g h i k
idus xix. xxx. xi. xxii. iii. xiiii. xxv. vi. xviii.
nouẽbr. l m n o p q r ſ t

A APud ciuitatẽ tudertinã: Sancti Martini primi/papæ/& martyris: q poſt Petrum apoſtolum ſeptuageſimus qntus/romanã rexit eccleſiam. Obiit aũt anno dnĩ ſexcẽteſimo quadrageſimo ſexto. Apud aphricã: Sanctorũ martyrũ Arcadii: Paſchaſii preſbyteri/& Euticiani: q cum ĩ arrianã pfidiã nullatenus declinare poſſent: primũ pro xpi noĩe crudeliter torti/deinde ĩ exiliũ acti: & atrociſſimis ſuppliciis excruciati/poſtremo diuerſis mortibus interempti/illuſtri martyrio mirabiliter occubuerunt. Puer aũt Paulillus frater Euticiani & Paſchaſii: cum a pfeſſiõe atq; amore catholicę fidei nullis minis deturbari poſſet: fuſtibus diu cęſus/martyrio coronatus eſt. Apud puinciã traconenſem/Sancti Emyliani preſbyteri/& cõfeſſoris: cuius admirabilẽ uitã/Braulio cęſari/Auguſtanus epũs ſimplici ſermõe deſcribit. Item ſancti Melanii/rodonicę ciuitatis epĩ/& cõfeſſoris: q poſt ĩnumerabiliũ ſigna uirtutum: iugiter intẽtus/cælo migrauit a ſæculo. In ciuitate agrippinenſi: Sancti Cumberti epĩ/& cõfeſſoris. In territorio ſenonico: Sancti Paterni martyris.

Caſtello miluduno/ſci Leonis cõfeſſoris. Et al.

	xxx.	xi.	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.	vi.	xvii.	xxviii.	
idibus	A	b	c	d	e	f	g	h	i	
nouem	ix.	xx.	i.	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.
bris	k	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t

B R Auennę: Scõrum martyrũ Valentini: Solu
toris & Victoris. Turonis: ſancti Britii epí/ & cõ
feſſoris/ diſcipuli ſci Martini epi prędictę urbis:
ꝗ obiit in chriſto Anno dní quadringenteſimo
quadrageſimo quarto. In ꝓuincia/ apud ciuitatẽ
aquis: Sancti Mitrii clariſſimi martyris. In italia/
cremonę: Sancti Homboni confeſſoris. Item ſan
cti Chylliani cõfeſſoris. Et alibi.

	i.	xii.	xxiii.	iiii.	xv.	xxvi.	vii.	xviii.	xxix.	x.
xviii.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
kal.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.	xxvii.	viii.	xix.	
decẽbr.	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

C A Pud thraciam/ in ciuitate heradea: Scõrum
martyrum Clemẽtini: Theodoti & Phylumini.
Apud alexandriã: Sancti Serapionis: quẽ ꝑſecu
tores/ ſub Decio principe/ crudeliſſimis affecerũt
ſuppliciis: ita ut oẽs ipſius mẽbrorũ iuncturas
prius ſoluẽtes/ eum de ſupioribus precipitarẽt:
ac ſic martyr chriſti efficit̃. In territorio rothoma
genſi/ in uilla augi: Sancti Laurentii archiepiſco
pi/ & confeſſoris: ꝗ tantum apud deum & hoĩes

uita/et miraculis extitit glorioſus:ut inter alia multa miracula/ſeptem mortuos ſuſcitaſſe ueri/dica atteſtatione narretur. Et alibi.

ii.xiii.xxiiii.v.xvi.xxvii.vii.xix.xxx.xi
xvii. A b c d e f g h i k
kal.de xxii.iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xxi
cembr. l m n o p q r ſ t

D APud nolam campaniæ urbem: Sancti Fęlicis epi: qui a quintodecimo ætatis ſuę anno/miraculorũ gloria inſignis/& glorioſus fuit: Et ſub pręſide Martiano/cum aliis triginta martyrium compleuit. Corpus uero eius Helpidius preſbyter i nolenſi eccleſia ſepelliuit. Item ſancti Eugenii martyris: qui apud pariacenſem pagum/conſumato martyrii curſu/beatę paſſionis coronam percepit a domino. Item ſancti Macuti epiſcopi & confeſſoris. Et alibi aliorum plurimorum ſanctorum martyrum.

iii.xiiii.xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.xii.
xvi. A b c d e f g h i k
kal.de xxiii.iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxii
cembr. l m n o p q r ſ t

E APud lugdunum: Sancti Eucherii/epiſcopi & cõfeſſoris pręd̄ictę urbis: q ex nobiliſſimo ordine ſenatorũ natus/ad religioſam uitam habitumq; cõuerſus: diu intra ſepta ſpeluncę ſponte

clauſus/chriſto ſeruiuit. Deinde apud prefatam urbem/angelo reuelante/in pontificali cathedra ſollenniter collocatus eſt. Vxor uero eius/Gal la noie/in ſcõ habitu deo ſeruiẽs: diuq; ipſorũ fi lię: quarũ una Conſortia/altera Tullia uocabaꝰ: uirginitatis gratia/& ſignorũ gloria claruerunt. In aphrica: Scõrum martyrũ Ruphini: Marci: Va lerii/& Honorati. In territorio antiſiodorẽſi/mo naſterio pontiniacenſi/ Sancti Edimundi/cantu rienſis archiepiſcopi/& cõfeſſoris. Et alibi.

iiii.xv.xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii
xv.kal. A b c d e f g h i k
decẽbr. xxiiii.v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii
l m n o p q r ſ t

F IN partibus thuſciæ: Beati Eugenii cõfeſſo ris/diaconi & diſcipuli bt̃i Zenobii/eiuſdem ci uitatis epi: q magnis uirtutibus clarus/quieuit ĩ dñõ Anno ętatis ſuę trigeſimo: Anno uero do mini quadringenteſimo uigeſimo tertio. Apud alexandriã: Sancti Dionyſii epĩ & martyris. Cor dubę/in hiſpaniis: Scõrum martyrum Acciſdi/& Victorię: ubi ad cõmendationẽ pretioſę mortis eorum/eodem die natalis eorum/roſę florentes diuinitus colliguntꝰ. Aurelianis: ſancti Aurelia ni epi/& cõfeſſoris: cuius mortem ĩ cõſpectu do mini pretioſam/miracula crebra teſtantꝰ. Romæ:

ſcõrum martyrum octo:q paſſi ſunt ſub Alexandro impatore:ut legiẽ in paſſiõe ſanctę Martinę uirginis/& martyris. Apud genocęſaream põti: Sancti Gregorii/niſenę epi/& cõfeſſoris. Et al.

v.xvi.xxvii.viii.xix.xxx.xi.xxii.iii.xiiii

xiiii. A b c d e f g h i k

kal.de xxv.vi.xvii.xxviii.ix.xx. i .xii.xxiii

cembr. l m n o p q r ſ t

G Romę: Dedicatio baſilicarũ apoſtolorũ Petri & Pauli. In thuſcia/apđ ciuitatẽ lucanã: ſancti Fridiani/eiuſdẽ urbis epi/& cõfeſſoris! Cuius uita/tãto deo & hominibus extitit glorioſa: quanto miraculorũ ꝓfunditate fuit eximia! & nõ ſolum poſt eius obitũ: uerũ etiam ĩ corpore/dum uiueret: multa dignatus eſt ꝑ eum deus operari miracula: Quorum (ut narrat btũs Gregorius ĩ libro dialogorũ) unũ pręcipuũ & maximũ fecit miraculũ. Apud antiochiã: Sancti Romani martyris! q tpribus Diocliriani: cum quidam præfectus eccleſiã irrumpe uellet: eamq; funditus conareẽ euertere: cæteros chriſtianos hortatus eſt: ut ei cõtradicerent. Vnde una cũ quodã puero/noĩe Baralas/celebri martyrio coronatus eſt. In eadem urbe: ſancti Eupſychii martyriſ: q ſub pręfato impatore: cũ eẽt miles: & ꝑ ipſum preceptũ audiſſet: ut quiſquis idolis non ſacrificaret: cin

gulum militię deponeret:repente cingulum ſol uit:Et ob hanc cãm/ligato in dextera eius ſaxo ingenti/in fluuium pręcipitari iuſſus eſt. Et al.

vi.xvii.xxviii.ix.xx.i.xii.xxiii.iiii.xv.
xiii.kal A b c d e f g h i k
decem xxvi.vii.xviii.xxix.x.xxi.ii.xiii.xxiiii
bris l m n o p q r ſ t

A R Omę/in cimiterio Caliſti/uia appia:Sancti Pontiani papę/& martyris:q poſt Petrũ decimus octauus/ſedit ãnos quinqꝫ:menſes quinqꝫ & dies duos/imperãte Maximiano. In oppido alamaniæ/noĩe barbuth ciuitate theuothoniæ! Sanctæ Helyſabeth/Andreę regis ungarorum filię:& uxoris Lanthgrauii:Quę a pueritia pietatis opibus uacãs/uidua effecta in ſumma humilitate pſiſtens/in mirifica ſanctitate migrauit ad xpũm:Anno dnĩ milleſimo ducenteſimo uigeſimo tertio:tpre Gregorii noni/papę. Apud uiennam:ſcõrum martyrũ Seuerini:Euxuperii & Feliciani:quorũ corpora poſt annorũ multorũ curricula/ipſis reuelãtibus/ſunt inuẽta! & a pontifice prędictę ciuitatis/clero & populo honorifice ſublata:& honore cõdigno ſunt cõdita. Item ſcĩ Gelaſii primi/papæ!q natione aphricanus/poſt Petrũ qnquageſimus/ſedit ãnos quatuor:menſes nouem:dies.vii. Hic addidit i miſſa/Vere dignũ & iuſtum eſt:& cętera. Hymnoſqꝫ cõpoſuit.

Eius tpribus floruit Boetius phũs. Obiit autẽ anno dñi qngenteſimo. Romę/uia appia: ſancti Maximi preſbyteri/& martyris: q pſecutiõe Maximiani paſſus eſt: & poſitus apđ ſcũm Siſtum. Item ſcĩ Criſpini epĩ: q in ciuitate aſtiagenſi/capite amputato/martyrii gloriã adeptus eſt. Apud brixiam ciuitatẽ: Scõrum martyrũ: ut legit̃ in geſtis ſcõrum martyrũ Fauſtini & Iouittę: Atq; ſanctę Afræ/uxoris Italici: qui ſub Adriano tyrãno decollati ſunt. Item ſcĩ Fauſti diaconi. Hic grandeuus & plenus dierum cõfeſſor perdurãs/pfecto martyrio capitis obtruncatione cõſumatus eſt. Item ſancti Simplicii epiſcopi. Et alibi.

	vii.	xviii.	xxix.	x.	xxi.	ii.	xiii.	xxiiii.	v.	xvi.
xii.kal.	A	b	c	d	e	f	g	h	i	k
decẽbr.	xxvii.	viii.	xix.	xxx.	xi.	xxii.	iii.	xiiii.	xxv.	vi.
	l	m	n	o	p	q	r	ſ	t	

